¶ Propter verbũ vel adiectiuũ congrue cuʒ aliquo casu aut substãtiuo constructũ in altero verbum vel adiectiuum facile subauditur per zeugma: vt quis fecit? ego. hic propter verbum fecit congrue constructum cuʒ quis facile subauditur feci in ego. ¶ Sum ita magnus vt soror mea. hic propter adiectiuum magnus cõgrue cõstructum cum subaudito ego: facile intelligitur adiectiuũ magna in soror mea. Similiter in his orationibus. Tauri mei ꝛ altilia mea occisa sunt. Carus est panis ꝛ

vinū. Nō sunt loquele neq₃ ſmones quorū nō audiant̄ voces eorū. Hebrei sūt & ego Mora. Tu q̄d ego & ppl's mecū desiderat audi. Verg. Hic illius arma hic curr⁹ fuit

zeugmat̄ & cōceptionis dr̄ia

¶ Quō differt zeugma a cōceptiōe? In zeugmate vna ppꝛietas diuersis tribuit̄: vni expꝛesse: alteri subaudite. In cōceptiōe vna ppꝛietas pluribus tribuit̄ eq̄ primo. Grāmatici aliq̄ cōceptionē cōfundūt cū zeugmate: q2 Nebrissen. dicit cōceptionē esse hic illius arma: hic currus fuit. manifeste zeugma est. nos has figuras semp distinguimus.

✱ Nebris. in hoc Mora. exēplo tu q̄d ego &c. nullam asserit esse figuram.

¶ Zeugma q̄d est? vnius proprietatis ad diuersa reductio: ad vnū q̄dē expꝛesse ad alterū intellecte: vt car⁹ ē panis & vinū. Ego sicut fenū arui. Quid est proprietas? verbū vel adiectiuū. Aliq̄n eadē or̄o pōt esse conceptio & zeugma diuerso respectu vt apd̄ Vir. Sūt nobis mitia poma Castanee molles & pressi copia lactis. Si totū copulatū sit suppositū verbi sunt erit cōceptio nūeroꝝ. Si vo ita ordines: mitia poma & castanee molles sunt nobis: & copia lactis pressi sup. est nobis. sic erit zeugma.

Eadē or̄o zeugma et conceptio diuerso respectu esse potest.

zeugma duplex.

Quotuplex est zeugma? duplex. locutionis & constructionis. ¶ Zeugma locutionis est vbi ppꝛietas expꝛessa a subintellecta nullo mō differt. vt sedet Petr⁹ & Paulus. Lu. Nil rhōb⁹ nil dāma sapit. ¶ Zeugma cōstructionis est in quo ppꝛietas expꝛessa aliquo mō differt a subintellecta. vt car⁹ est panis & vinū: hi ppꝛerāt & ego. Tu ludis & ille. zeugma dr̄ iugatio iūctura vel adiūctio. ¶ Quot sunt necessaria in zeugmate? Quinq₃. q̄? ppꝛietas vbū vel adiectiuū: duo substātiua: cōiūgunt & cōcordātia ppꝛietatis cū vno expꝛesse: cū altero intellecte. Qualis cōiūctio dz in zeugmate esse: copulatiua: aut disiunctiua? Quecūq₃ fere cōiūctio & multa aduerbia. ¶ Primo cōiunctio copulatiua: vt iratus rex est reginaq₃. ¶ Scd̄o disiūctiua: vt solus tibi vel pater meus.

An. Vel. Aut

Tu facias an ego parū refert. Marit⁹ est mal⁹ aut vxoꝛ. ¶ Quō differūt an vel aut. An q̄rit & dubitat. Vel & aut disiūgunt. i. alterū tm̄ fieri aut non fieri significāt: vt quot ibūt mecū: duo an tres? Nescio an Paulus viuat, an nō: non liceret hic ponere vel in qua re multi erāt apd̄ Cice. ad fratrē vr̄ vel ꝑ an capi: sed puto mēdū esse vitio librarioꝝ holm appꝛehendit: & in custodiā ephesi, tradidit sed in publicā vel in pistrinū: nō satis ex lr̄is ei⁹ intelligere potuim⁹. sic l declama. Quit. Presente vel absente pr̄e. mēdū est ꝑ an. Circūferunt̄ declamatiūcule an Fabū, sine dubio. In his est v̄tuosus qd̄ Valla dāna. & siuaūt ꝑ si nō. & Quo talione masculine qd̄ placeret Valle. Odientē participiū ab odio in raro vsu. arcitū supinū vel participiū ab arceo eq̄ rarū &c. ¶ Tertio. Cōiuctio & expletiua vt vapulabo parū: tu aūt vehementer. ¶ Quarto exceptiua: vt nullus studet nisi ego. ¶ Quinto ꝑ aduerbia multa: vt studes vbi ego. Sribis q̄n ego: nō ibis neq₃ ego. Tam ego te diligo: q̄ tu me. ambulas sicut ego &c. Fit zeugma ꝑ diuersa tp̄a. & Ditiores sumus q̄ heri. Diuus Paulus. Videmus nunc per speculū in enigmate tunc autem facie ad faciez.

zeugma ꝑ oēs, casus.

¶ Per quot casus fit zeugma? per oēs. exēpluz de ntō: vt carus est panis & vinū. de gtō. Neq₃ pr̄is misereris neq₃ auxiliaris. de dtō. neq₃ tibi nocui neq₃ iuui. de actō. neq₃ te adoꝛabo neq₃ supplicabo. de vctō. Salue Hyppolyte nō minus caste q̄ vlla v̄go. De abltō. neq₃ amica carere: neq₃ sine dāno habere queo.

Tibi neq₃ nocui neq₃ iuui. R'la Valle elegans.

¶ Dicitur ne latine: tibi neq₃ nocui neq₃ iuui? Minime. cur ita? Quia r'la Valle est verissima. Quoties post vnū adiectiuū: suppositū aut obliquuz bis posueris nec neq₃ & tū aut vel partiz: cōsimilē ve particulā cū duob⁹ substātiuis v̄bis: aut regētib⁹ necesse erit ambo substātiua v̄ba aut regentia illi vni adiectiuo supposito aut obliquo: in debitis accidētibus cōformari etiā si aliō exprimat̄: sec⁹ incōgrua atq₃ inepte fuerit or̄o. Jam hic tibi neq₃ nocui. neq₃ iuui: ponit̄ obliqu⁹ tibi an̄ neq₃ geminatū: & nō cōformat̄ vtriq₃ v̄bo: q2 iuui tibi nun̄ nō dr̄. ergo ē or̄o incōgrua. Hāc r'lam declarat Badi⁹ pulchre apd̄ Senēcez. Exēplū de adiectiuis vt incōgrue dixeris. Nulla est dicenda v̄go corrupto vel corpe vel mēte. habes prestans & ingeniū & formā neq₃ est zeugma. dic ergo. Corrupto vel animo vel corpore. vel sic. vel corrupto corpore vel. mente: aut corpore vel mente corrupta: et sic erit zeugma: vt habes prestans ingeniū vel formā. Cice. videt̄ semel aliter loqui. Sed Valla reijcit vitiū in librarios. Exemplā de supposito, Tu neq₃ legis: neq₃ me legere permittis: hic incōgrue diceret̄. Tu neq₃ legis: neq₃ abs te legere ꝑmittor de obliquo. Tibi neq₃ offui neq₃ ꝓfui: male v̄o sic tibi neq₃ offui: neq₃ iuui. ¶ Trib⁹ modis vitatur hec incongruitas. ¶ Primo preponēdo particulā adiectiuo supposito aut obliquo: vt neq₃ tibi offui: neq₃ iuui. & est zeugma: neq₃ tu legis: neq₃ a te legere permittor. ¶ Scd̄o nō geminando particulā vt nulla est virgo corrupto corpore

vel mente: et est zeugma. ¶ Tertio seruãdo regulã. Aliqñ incongruitas parũ percipitur: sed nõ minus oratio est inepta, veluti. Tu hec omnia partim ex literis meis dices: partim te nuncius docebit. dicendum fuerat: partim ex nuncio

¶ Quot sunt species zeugmatis? Tres. Que? Hypzeugma vel prozeugma, mesozeugma, et hypozeugma vel hysterozeugma: latine zeugma a superiori. zeugma a medio zeugma ab inferiori. ¶ Quid est prozeugma? In quo verbũ vel adiectiuũ ponitur in principio. De verbo in euãg. Stabat Joãnes et ex discipulis eius duo. Erũt signa in sole et luna: et in terris pressura gentiũ. Virg. Silet ois ager pecudes pictecque volucres. ¶ De adiectiuo in sacris. Beatus venter qui te portauit: et hubera q̃ suxisti. Repletũ est gaudio os nostrũ: et lingua nostra exultatione. Assum pro petro et duob[us] filijs zebedei. Turbat[us] est rex herodes et ois hierosolyma cũ illo: zeugma est cõtra quosdã credẽtes hãc orõnẽ esse ineptã: qr Valla dixit hierosolyma non nisi pluraliter reperiri: qd taliũ esse ostendi in heteroclitis, et amplius ostendere possum. Pli. lib. vij. natu. histo. ca. xxiiij. Amplectit[ur] Babylonẽ, idumeã, Samariã, hierosolymã et c. Solinus. Judee caput fuit hierosolyma sed excisa est. Similiter inuenies apud Cice. in orõne pro Flacco. Itaque si me audies nũque Vallam adeo miraberis: vt quicqd ille vel nõ inueniri dicat vel se nõ inuenisse vel nõ latinũ vel nõ satis esse tersum: tu credas prorsus esse barbarũ: quin cõtra Fabianũ illud semp cogites. Sũmi sunt, hoies tñ. Verba Quintiliani vere aurea li. x. sunt hec. Neque id statim legẽti persuasum sit oia q̃ oẽs authores dixerũt vtique esse pfecta. Nã et labant aliqñ: et oneri cedũt: et indulgẽt ingeniorum suorum voluptati. Nec semp intendũt animũ: nonnunque fatigant[ur]. Quũ Ciceroni dormitare interim Demosthenis ora tio. versũ etiã Homerus ipse videat[ur]. Sũmi enĩ sunt, hoies tñ: acciditque his quicqd apud illos reperiunt dicendi legẽ putant: vt deteriora imitent[ur]. id enĩ est facili[us]: ac se abunde sil'es putant si vitia magno consequant[ur]: Modesto tñ et circũspecto iudicio de tãtis viris pnunciandũ est: ne qd plerisque accidit damnẽt q̃ nõ intelligunt. Hec Fabi[us] eloquẽtie lumen. cui cõcinit horatianũ illud. Quãque bon[us] dormitat Homerus. Admiramur maxime Vallã, q e barbarorum manu latinitatẽ: vt Camillus olim Romã liberauit: et vt semel dicã per Vallã pdidicimus latine. aliqñ tñ vt homo labore lassus defecit. ¶ Vñ dr prozeugma? a protos primus et zeugma: qr proprietas primo loco ponit[ur]. Dicitur etiam hyperzeugma: ab hyper. i. super et zeugma.

Protozeugma

* Vicit pudorẽ libido, timorẽ audacia rationem amentia.

Hierosolyma.

* Sũmos authores aliquãdo decipi et errare.

¶ Mesozeugma quid est? In quo verbũ vel adiectiuũ ponitur in medio. De verbo. Cor Tacitus. Mediocris poetas nemo nouit bono pauci. idem per zeugma locutionis. Vina erũt donec hoies. in sacris. Qui confidũt in dño sicut mons syon. Ipse fecit nos et nõ ipsi nos. De adiectiuo in sacris. Si radix sancta et rami. Celi mouendi sun et terra. Unde dicitur mesozeugma? a mesos. i. medius et zeugma: quia proprietas ponitur in medio.

Val. laus.

Mesozeugma

¶ Hypozeugma quid est? In quo verbũ vel adiectiuũ ponitur in fine. De verbo. Virg. Nihil hic nisi carmina desunt. Teren. Id viso tu an illi insaniant. Ouid. Quid nisi secrete leserunt, phyllida syluę. Alexãder. Nõ i, sed reliqua precunt. In sacris. Ego sicut fenũ arui. Hora. Tu qd ego et pplus mecũ desyderat audi. De adiectiuo. Terẽ. Vtinã aut hic surdus aut hec muta facta sit. Idẽ vxor et liberi inuenti sunt. Cice. Seruate liberos fortunasque vras. In sacris. Caro et frater noster est. loquebant[ur] de Joseph. Vñ dr hypozeugma? ab hypo. i. sub: qr proprietas subiungitur. i. postponitur. Dicitur etiã hysterozeugma ab hysteron. i. vltimum.

Hypozeugma.

¶ Cum quo debet cõcordare pprietas in zeugmate? Cũ propinquiore: nisi fuerit aduerbiũ similitudinis aut cõparandi. Virg. Hic illius arma hic currus fuit. docet ibi qd dicit Seru[ius]. Virg. Nec deus hunc mẽsa dea nec dignata cubili est. In sacris. Neque sydus radio: neque mater filio sit corrupta. Val. max. lib. i. ca. vlti. De voce et motu deorũ immortaliũ hũanis ocl'is: auribusque percepto: ita hñt emendati codices: nõ de motu et voce. auth[or] Aldus. q̃re dixisti. nisi fuerit aduerbiũ similitudinis: aut cõparãdi? qr sic pprietas cõcordat cũ remotiori aut principaliori: vt ego sicut fenũ arui. Mõtes sicut cera fluxerunt. Aĩa nra, sicut passer erepta est de laqueo venantiũ. Ego recti[us] q̃ tu scribo: hoc tu ita prudẽter vt ego fecisses. hoc et ha

per nisi. Teren. Talē filiū nulla nisi tu pareret. Verg. causa metri aliter fecit dicens. Nihil hic nisi carmina desunt. Et Ouid. Quid nisi secrete leserūt Phillida sylue. Valla dicit in ꝑsa: dixisset deest ⁊c. ¶ Est ne zeugma figura? etiā. q̄r est arte aliqua nouata dicēdi forma. ¶ Quō est vitiū? Que rōnes excusantes: nihil vitij est: sed multum elegantie. Argumentor. In zeugmate verbū discordat a ntō: vt ego sicut fenū arui fenū est tertie ꝑsone: arui vero prime. Et adiectiuū discordat a substantiuo: vt carus est panis ⁊ vinū: carus est masculini generis: vinū autē neutri: ergo est vitiū. ¶ Respōdeo in zeugmate nulla est discordātia: q̄r verbū vel adiectiuū cōcordat cū illo cui adheret in declaratione. vt arui cū ego: carus panis: illud aūt a quo videt discordare nō est verbū vel adiectiuum: sed illud propter expressum facile subauditur. vt ego arui: sicut fenū: supple aruit. carus est panis et vinū. subaudi carum est. et ita nihil vitij est in zeugmate.

¶ Antiptosis.

Antiptosis erit: pro casu posito casum.

¶ Antiptosis est casus ꝓ casu positio sub aliqua ꝓprietate. Pōponi⁹ apud Noniū Quot letitias insperatas modo mihi irrepsere in sinū ꝓ letitie insperate. In scdā Joānis. Spero me futurū ad vos: ⁊ os ad os loqui: pro ore ad os. vbi parū latinū est teste Valla. Spero me futurū ad vos. Qui ait in Lucā. Fecit redemptionem plebis sue. gtīū pro dtō poni. Plau. in milite. Qui mille annorū viuunt: gtūs pro actō teste Nonio. sed pōt excusari: vt mille nummū. Idē in trucu. Alienis rebus curas: pro alienas res: teste Nonio. Cice. teste eodem. Moderari vxori: pro vxorē. Neuius. res vis hanc priuari pulchras. i. rebus pulchris. Plau. in pseudu. vino modo cupide. i. vini. Virg. ij. Geor. Illa ferax oleo. i. olei. Vn̄ dr̄. Antiptosis ab anti. i. pro: ⁊ ptosis. i. casus ꝓducit autē o. Est ne hic antiptosis. petrū ludit pro Petrus? nō. sed soloecismus: q̄r antiptosis debet hr̄e authoritatē pro rōne excusante.

*Antiptosis fit per oēs casus. Ver. v. ene. Cressa genus pholoe gemini cū hubega nati. Ntūs ibi pro gtō ponit. i. generis Cretensis.

¶ Per quot casus fit antiptosis? per oēs: demto. Liuius apud Priscia. Qn̄ duo cōsules eius anni alter morbo: alter ferro perisset. suffectū consulē negabāt comitia habere posse. pro duorū cōsulum. Salust. Multi qui de castris ꝓcesserāt: amicū alij: pars hospitem aut cognatū reperiebant: pro multorū. Cuius humilitatē dn̄s respiciens ꝟbo concepit ⁊ peperit. i. dn̄o respiciente. De gtō in sacris. Multa vidit oculus meus ⁊ fortiora horū: pro his. De dtō. Sisenna historia. iij. Saltui ac velocitati certare: pro saltu ⁊ velocitate: teste Nonio. De actō. Pōpo. Quot letitias insperatas modo irrepsere mihi in sinū. i. letitie. apud Cic. in orone de accusatore instituendo. Si quis iudices forte miratur me ad accusandū descenderim: me pro ego teste Asconio. vt notauit Curtius me⁹: sed nō est ita: q̄r me ponitur pro ego: sed regit a fronte ab infinitiuo descendere: q̄r dr̄. Si q̄s vestrū iudices aut corū qui adsunt forte mirat me qui tot annos in causis iudicijsq̄ publicis ita sum ꝟsatus: vt defenderim multos: leserim neminē: subito nūc mutata volūtate ad accusandū descendere. De vctō. Persi. Censorēve tuū vel q̄ trabeate salutas: ꝓ trabeatus: teste Priscia. De abltō. Plaut. in cas. hz. gladiū: sed duos q̄bus altero te occisurū ait: altero villicū. quib⁹. i. quorū Virg. x. ene. Concurrūt heret pede pes des dēsusq̄ viro vir. ꝓ pedi. In eo forte ratis celsi coniuncta crepidine saxi. Expositis stabat scalis: ⁊ pōte parato. ꝓ dtō crepidini teste Ser.

Ciceronis locus.

¶ Sūt ne nobis eiusmodi orones licite? Nō nisi in similib⁹ operibus eque parce.

Id genus. Oē genus

¶ Est tn̄ antiptosis quedā adeo ab oratoribus vsurpata. vt oib⁹ liceat et elegans habeat: veluti id genus: pro eius gn̄is. omne genus: ꝓ ols gn̄is. Gelli⁹ lib. xviij. Aristotelis libri sunt omne genus elegātie referti. Audiant hoc Aristotelis simie cōtemptrices elegātie. ff. de. fun. insi. l. quesitū. Lecticarios ⁊ ceteros id genus seruos. Dices etiā bene eius gn̄is: Pli. ix ca. xxviij. Mollia sunt loligo: sepia polypus: ⁊ cetera eius gn̄is. Quot illic hominū litigāt: ꝓ holes apud Terē. teste Prisciano. Nos recte vtimur: q̄r ꝑtitionis regimē est. Terē. Ex Andro cōmigrauit huic vicinie. i. in hāc viciniā. Idē. Quid mei faciā. i. de me. Quod alibi dixit. Quid illo faciemus. pro illi. nolim imitari. pendeo animi ꝓ alo optime dicimus: ⁊ elegāter cū Teren. in adel. loquemur. id ne estis authores mihi: pro eius rei. Et cū Cic. in . ij. de oratore. Satis superq̄ hoibus id etatis ꝓ eius etatis. plura in sequentibus audies. Eleganter etiā dicimus. teste Calepino. Quibus in extremis ꝓ in quorū extremo.

¶ Synthesis

Syn:besis haud vocem:sed cernit significatum
Rem magis inspiciūt ꝙ̄ vocem sepe poete.

¶ Oratio aliqñ congrua est sensu nō voce per Sythesim: vt populus clamant. turba strauerūt: cōgrue dicimus per sensum: quia populus ⁊ turba significant simul multos: ⁊ ita per significationē sunt pluralis nūeri: sed tales orationes nō sunt congrue ꝭm vocem: q2 populus ⁊ turba ꝭm vocem sunt singularis nūeri. ¶ Utrū omnes orationes per Synthesim sunt nobis licite? Nō. nisi in poematis: ⁊ historijs: ⁊ tum quoqꝫ cauendum est ne quid nimis. Apud oratores ⁊ in epistolis: vnqꝫ inuenies presertim apud Ciceronē ⁊ Quinti. Pliniūqꝫ. Ideo nō imitabor pseudocurtium in epistolis dicētem. Romanus exercitus: cupiunt te videre. Idez. Sertoriū Romanus exercitus constituerunt/ Gellius ⁊ Apuleius aliquando vtuntur synthesi: q2 nō oratores modo: sed omnigeni scriptores haberi voluere. Utuntur etiā aliquando synthesi in epistolis Neotericorū quidam: Philelph⁹/ Lancilotus/ Polytian⁹/ ⁊c. Ideo si parcissime fiat: nō vituperauero. mallem tamen cum Cicerone sine synthesi epistolas cōficere. Quod aūt nō omnia oībus licent: docet Cicero in Thusculā. dicens. Actius poeta quū dicit. Quū suū florem liberū inuidit meū: male latine dr. nos consuetudine prohibemur: poeta ius suū tenuit Et si beatus Gregorius dixerit (vt vult zenderus) mulier est vetus arma diaboli: nullo modo imitabimur.

¶ Synthesis quid est: Attributio proprietatis. vni vel plurib⁹ copulatis: quod fit non gratia vocis. sed significati. vt pars in frustra secant: idest aliqui: Unde dicitur: A syn: id est con: ⁊ thesis positio: hoc est gratia significati compositio vel constructio.

Non quod summū dixere imitabimur.

¶ Synthesis in adiectiuo et substantiuo.

¶ Quot modis contingit Synthesis in adiectiuo et substantiuo? Quinqꝫ. ¶ Primo ratione discernendi sexus. Ausonius: Anser erat quondā specioso germine feta. Plaut⁹ in Sticho. Audiui sepe hoc vulgo dicier: solere elephātum grauidū perpetuos decē esse annos Feta ⁊ grauida plerūqꝫ substantiue ponūtur. Uerg. Non insueta graues tentabunt pabula fetas. Idē dicit feto pecori ergo ⁊ fetus anser dicere possum⁹. ¶ Scdo rōne subauditionis: ⁊ pnestē sub ipsa subaudi vrbe. albula pota subaudi aqua. Terē. in plo. Eunu. Eas sed nō negat personas trāstulisse in Eunuchū suā. s. comediā: aut fabulā. de hoc pla in gñib⁹. ¶ Dixi in generib⁹ oppidorū nois feminina esse: tñ authores aliqñ terminationē respiciūt: vt illic etiā dixi. Liuius. iiij. tertie deca. Ut receptus Croto Brutorꝫ esset. sic Marti⁹ Narbo ⁊c. ¶ Tertio ratione collectiui. Gellius lib. j. cap. xxiij. Ad senatum postridie matrū familias caterua lachrymātes atqꝫ obsecrātes orant. sic pars pro aliqd apd historicos: ⁊ poetas frequētissime. Liui. j. ab v2. Maxima pars ab equitibus in flumen acti sunt. ⁊ lib. v. Pars per agros dilapsi: pars vrbes petunt finitimas sulmone illo duce. Sallust. in iug. Maxima pars vulnerati: aut occisi sunt. Cor. Tacitus. Magna pars saucij. aut palātes in montē vocetiuz perfugere. Uerg. Pars holz validi turres ⁊ menia scandūt. Idem. pars mersi tenuere ratē. Liui. Magna pars in argū dilati. Uerg. lib. vij. Pars ardu⁹ altis puluerulētus equis furit. Papini. ij. theb. Tacitis huc gressibus acti. Deuenisūt peritura cohors. Uer. Hic manus ob patriā pugnādo vulnera passi. In sacris. Turba hec que non nouit legem dñi maledicti sunt. Sedit omnis multitudo in area templi trementes ꝓpter hyemen presentem. ¶ Quarto ratione distributionis. Ouidius. Utraqꝫ formose paridi potuere videri Idem. In magnis lesi rebus vterqꝫ sumus. Idem impliciti laqueis nudus vterqꝫ Cor. Taci. Tuz intim⁹ quisqꝫ libertorꝫ vincti abreptiqꝫ. Idē. Eo suffragio turpidissimus quisqꝫ delecti. ¶ Quinto qñ abstracto gratia concreti adiectiuum iungitur Terenti. in eunu. Seclus postqꝫ ludificatus est. i. summe scelestus. ad rem respexit teste Donato. ¶ Addūt pleriqꝫ sextū modū ad exprimēdā perpetuā rei naturam: vt triste lupus stabulis. sed vt ante docuimus: nō adiectiuū et substatiuum sunt: sed duo substantiua. Triste id est tristis res ⁊c. Uergil. Quale sopor fessis idest qualis res teste Seruio. ¶ Addunt etiā septimum propter participium vt est coluber factus mystica virga: pro facta. Et certe si vsqꝫ inueniatur oratio in qua factus facta

* Ouidi⁹ Sulmoni hi patria est gelidis vberrim⁹ vndis Milia q̄ nouies distant ab vrbe decem.

Pars acti.

* Nebris. asserit quotiescunqꝫ fit synthesis soloecismū esse nisi aliq̄ rōne excusatur.

factuz:inter duo nomina concedet cum sequenti erit oratio vix imitanda:vt virga Moysi est factus coluber.dicēdū enī est facta non factus. Propter hoc quero.

Adiectiuū participiū.

¶ Que est differētia inter adiectiuū nomen: ⁊ adiectiuū participiū: Differētia est hec. Adiectiuū nomē:⁊ ꝓnomē positū inter duo substantiua interposito verbo substātiuo concordabit cum sequēte: vt asinꝰ est rude animal. Vinū est meus potus Adiectiuū participiū a verbo substātiuo vetō: aut, habēte vim eiꝰ positū inter duo substantiua concordabit cuz precedēte. vt aqua est facta vinū. Joānes est habitus mancipiū: creditus femina. Cur dixisti a verbo substātiuo ⁊c. quasi in ceteris hec differētia locuz nō hȝ. vt asinꝰ est contemptum aīal: nō cōtēptꝰ liber est empta res: nō emptus. ¶ Que est regula de his participijs: factus/dicēdus/appellatus ⁊ similis nature alijs? Est hec. quotiescūqꝫ participiū substātiui vocatiui vel vim eoꝝ habētis ponit̄ inter duo substātiua cōcordabit cū p̄cedēte. si vero vtriqꝫ postponat̄: conforme erit vtr ilibet. Exēplū prioris partis: vt Petrus est factus mancipiū: creditus femina ⁊c. Exemplū posterioris partis vbi cum precedenti cōcordat. Liuius. vj. quarte deca. Ludos megalesia appellatos. Apul. iiij. meta. Fortissimū sociū nostrū prorsus bestiā factā immittimus cancamodico prestinate precio: quā constāti vigore festinus irrepsit ipse. In codē. Ego infelicis rapine preda ⁊ mācipiū effecta. Plin. iij. nat. hist. ca. v. Puteoli colonia dicearchia dicti. Justi. lib. j. de Semiramide. Sexū mentita: puer credita est. Ouid. Tunc procul absenti cura futurus eris. nō ausim dicere futura: qꝛ nullū habeo testimoniū. In euange. Joan. Verbū caro factū est. Exemplū vbi concordat cum sequenti. Titus Liui. j. ab vrbe. Gens vniuersa Veneti appellati ⁊ lib. ix. tertie decadis. Ludi fuerunt Megalesia appellata. Cic. de diui. scdo. Nō ois error stultitia est dicenda. Idē alibi. Video amicitiam nostram inimicitias modo factas. Nō male igitur Hiero. dixit in Joan. Vt autem gustauit Architriclinus aquā vinū factū. Sunt qui dicant veteres codices habere aqua in ablatiuo: ⁊ bonus sensus est vinum factum aqua.

¶ Synthesis relatiui ⁊ antecedentis.

¶ Quot modis fit Synthesis in relatiuo ⁊ añcedente? Quinqꝫ ¶ Primo ad discernendū sexū: vt si quis dicat Anser q̄ incubat ouis. ¶ Scdo rōne subauditionis: vt species est qđ p̄dicat̄: scȝ vniuersale. Rex est Carnoti: que est pulchra scȝ vrbs. ¶ Tertio rōne collectionis. Apulei. iiij. meta. Tunc vulgus ignobile quoqꝫ inculta pauperies sine delectu ciborū tenuato ventri cogit sordentia supplementa ⁊ dapes gratuitas querere: passim adiacentes epulas accurrere. In sacris. Domus israel sperauit in dño: adiutor eorū ⁊ protector eorū est. Reges gentiū dominantur eorū. Multitudo hec magna conuertet̄ in minimā gentē: qm̄ eos dispergam. Cōgregabunt̄ ante eum omnes gentes: ⁊ separabit eos. ¶ Quarto ratione distributionis vel signi particularis: qđ ad plures pertinet. Terenti. Si quisquam est qui placere se studeat bonis q̄ plurimis: in his poeta nomen profitet̄ suū. illud

Masculuȝ et feminā creauit eos.

autem in Genesi. In die qua creauit deus hoīem ad imaginem ⁊ similitudinē suā fecit illum: masculū ⁊ feminā creauit eos excusat̄: qꝛ antecedēs masculū ⁊ feminā equipollet vni plurali: ⁊ cum dixisset: putaremus p̄mum hominem fuisse hermafroditum. ¶ Quinto quando ad abstractum pro concreto fit relatio. Terētius Vbi illu est scelus: qui me perdidit. scelus. i. plurimum scelestus.

¶ Synthesis nominatiui et verbi.

¶ Quot modis fit Synthesis in nominatiuo ⁊ verbo? Duobus ¶ Prior: rōne collectionis. Sta. xj. Theb. Est vtraqꝫ gentis turba rogāt. Tacitus. Pars Armeniā eunt. Hora. Jactamꝰ iampridē oīs te Roma beati. i. nos oēs Romani Apul. in Flo. Ingēs hoīm frequētia cōuenere. i. hoīes frequētes. Verg. Pars in frusta secāt. i. aliq. Idē. Pars pedibus plaudūt. Idē. Et iā Romana iuuētus ꝯuenit. i. Romani iuuenes. In sacris. Ois israel plāgebat cuȝ. i. Israelite: vt ois israel incircūcisi sunt. Sepelierunt eum ois cognatio. i. cognati. Jubilate deo ois terra. i. terricole. Vniuersum germen iacob glorificate euȝ. Synagoga potentiū quesierūt animā meā. Attendite populus meus legem meam. Domus israel benedicit te domino. Audite legem meā plebs mea ⁊c. ¶ Secundo modo: ratione distributionis ⁊ significationis: qđ ad plures pertinet, Tacitus. Pedes vterqꝫ dexteras miscuere

pedes singulare est. Sil.xi. Pro se quisqꝫ alacres capite hoc decus. Suet. Pro salute quisqꝫ pecunias cōtulere. Oui. Artis ⁊ ingenue cultor, vterqꝫ sumus. Philelph⁹ in epis. Uter qꝫ siluimus. polit. in epis. vterqꝫ rogam⁹. Oui. Quo ruitis vr as quisqꝫ redite domos. Plau. Uterqꝫ deludūtur miris modis. Ouid. Partiqꝫ dedere oscula quisqꝫ suę. Sallu. in Iug. vterqꝫ insaniunt. Tacitus. Leuissim⁹ quisqꝫ Gallorꝝ ⁊ inopia sudarꝝ dubie possessionis solum occupauere. Liui. i. ab vrbe. Ubi spectacula sibi quisqꝫ facerēt. Enni⁹. Pro se quisqꝫ viri summa nituntꝛ opum vi. hoc potest defendi per prolepsim implicitā. vt plura hic posita. Liui⁹. Pro se quisqꝫ alacres sternunt. Sepissime historici ⁊ poete hac Synthesi vtuntur. Aliqñ etiam sine sinthesi. Sil. lib. vij. Equor quisqꝫ suū sequitꝛ stridente procella. Liui. in prefa. totius operis Pro se quisqꝫ acriter intēdat animū. Idem. vij. ab vrbe. Pro se quisqꝫ obuias sternit Curti. lib. viij. Pro se quisqꝫ certat euadere. sic ⁊ Cesar. Et alij sepe nunc hoc nunc illo modo loquuntur. Exēplū de particulari rarius est. Teren. in adel. Aperite aliquis. actutū ostium. Donatus. Uim plurale habet aliquis ꝙuis singulariter dicatꝛ non est aliquis nisi de multis: Plautus in Menechmis. Aperite aliquis ostium. Aperite aliquis.

¶ Aduerbia et interiectiones.

En: ecce: hem primum quartūqꝫ aliquando requirunt
Heu petit et quintum: velut o hei vehqꝫ datiuum.
Pro primum quartum quintūqꝫ notatur habere.

¶ Hec aduerbia demōstrandi En, Ecce, Hem: petūt post se ntm̄ vel actm̄. De ntō Ecce homo. Cice. Ecce tibi status noster. Teren. Ecce aūt alter, nescio qd de amore loquitꝛ. Quinti. En improbitas. Hem Dauus. De actō. Plautus in milite. Op⁹ ne erit tibi aduocato, tristi iracūdo? ecce me. hoc de ecce rarū est: presertim in psa teste Ualla. Terē. in andria. Hem astutias. Senc. En paridis hostē. hic en vt alibi sepissime cū exprobratione quadā ponitꝛ: Uer. En quatuor aras, ecce duas tibi daphni * Uerg. i. ene. En priamus sunt hic etiam sua premia laudi.
¶ Quot modis construuntꝛ Ecce, En, Hem? Tribus. Primo cū ntō: vt ecce hagnus dei. Uerg. En priamus ⁊c. Scdo cum actō. vt ecce me: en aras: hem astutias. Tertio sine casu: ⁊ tum ecce ponitꝛ fere vbi quid ex improuiso fieri significamus. Ouid. iiij. meta. Uenit ecce recenti cede leena boum spumātes oblita rictus. Uerg. in buc. En quo discordia ciues perduxit miseros? En quis conseuimus agros? Hem comicum est non oratoriū. Ecce facit eccum eccam eccos eccas. i. ecce hic de quo agebamus. Ab en ellum ellam ellos ellas. i. en illic de quo agebamus. Aduerbia sunt teste Ualla contra Priscia. qui dixit pronomina esse: ⁊ significare ecce eum. ecce vel en illum. qd Ualla ideo reprobat: quia Terentius eccum Parmenonē dicit: nec potest exponi ecce eum Parmenonem: sed ecce hic. Posses respondere Ualle per regulam, Equiualens geminis. Et certe: siue hec aduerbia sint siue pnomina in eis seruatur ratio gñis ⁊ numeri: vt eccam dꝛ femina: eccuꝫ de viro dicamus ⁊c. Sunt qui putant eccum vetus esse pro ecce: vt donicū pro donec. vt apud Terentium in adel. Eccū Mitio progreditur foras. legitur etiā ecca. Teren. in eunu. Ecca fundi nostri calamitas. Donatus in andria. Eccū quasi ecce eum veteres dixerunt. Ego Ualle concino. Apuleius sepe coniungit en ecce: vt ergo igitur.

Ecce. En. Hem.

Eccum Ellum.

¶ Heu petit quintū velut o. Iste interiectiones heu ⁊ o: petunt post se ntm̄, actm̄, aut vocatiuū. De ntō. Pli. Heu demētia: allatoris aduēt⁹ sēper est gratus. Terē. O festus dies hois. De actō in Psal. Heu me: quin eo latus meus prolongatus est. ita habēt emēdati libri: teste Ualla. Terē. Heu me miserū. Uer. O fortunatos nimiū: bona si sua norint: agricolas. De vctō. Sta. Heu socij: nulle ne manus nulla arma valebūt? Uerg. heu prisca fides: inuictaqꝫ bello dextera. Cice. o magna vis veritatis. Uerg. O fortunati, quorꝝ iam menia surgūt. Persi. O miser inqꝫ dies vltra miser: huccine rerū Uenim⁹. Apud Luc. in. iij. O misere sortis: subauditꝛ nos. Heu. O.

¶ Quot modis vtimur heu? Tribus. Primo vt est dolentis interiectio cū actō fere, pnominis: vt heu me miserū. Secūdo vt est interiectio exprobrantis. Uergil. Heu stirpem inuisam. Et nominatiuo. Idem. Heu pietas. heu prisca fides. Tertio est interiectio dolentis sine casu, Uergilius. Heu ꝙ pingui macer Heu: ⁊

est mihi taurus in aruo. Idem. Heu quid agat: et tunc fit aliquando dissyllabum: alij geminant heuheu. alij legunt heheu. Idem. Heheu quid volui &c.

Heus. ¶ Quomodo differũt heu & heus? Heu est interiectio dolẽtis aut exprobrãtis: heus aliqñ est interiectio dolẽtis: sed nunq̃ regit casũ. Uerg. Heus etiã mensas cõsumimus inquit Julus. Sepissime est aduerbiũ vocãtis aut reuocantis. vt heus bone vir: heus iuuenes monstrate viã. ¶ Cur latin⁹ interiectionẽ ab aduerbio separat q̃d grecus nõ facit? R̃ndeo fm Seruiũ in illud ene. xij. Heu q̃d agat. Omne aduerbiũ inquit v̾bo coheret. vñ heu / & atat & sil'ia. q̃r v̾bo coherere nõ possunt: separatim fecerũt aliã partẽ orõnis interiectione. s. quã sola latinitas possidet. Hec ille.

¶ Quotuplex inuenitur o? Quintuplex: Primo o nomẽ vocalis.

O. ¶ Scdo per similitudinẽ p̃ fine: q̃r ω est vltima grecorũ l̃ra: vt alpha prima. In sacris ego sum alpha & ω. i. principiũ & finis. ¶ Tertio aduerbiũ vocãdi. vt o Pãphile salue. & sic vult vctm̃. ¶ Quarto est aduerbiũ optãdi sine casu plerũq̃. Uerg. Adsis o Placidusq̃ veni. Persi⁹. O si sub rastro crepet argẽti mihi seria dextro Hercule. Inuenies etiã. o vtinã. ¶ Quinto est interiectio: vt o fortunati. o dies festus. o te

O varie capum. infelicẽ. ¶ Cuius significationis est interiectio o? Cuiuscũq̃ vis: q̃r teste Ualla omni affectui seruit. Nãq̃ aut dolentis est. Cice. O me miserũ. o te infelicẽ. Idem. O variã volucrẽq̃ fortunã. Aut admirãdi. Iuue. O qualis facies & quali digna tabella. Aut indignãdi. Cice. in Catilina. O tempora: o mores. Aut exultãtis. Uerg. O mihi sola mei super Astyanactis imago. ne ordines mihi cũ o: q̃nia dtm̃ nõ regit contra quosdam inepte dicentes. O mihi dies in omnes. ¶ Quando o pulchre subauditur?

O subauditum. quũ affectus est parũ vehemẽs. Teren. in Eunu. Hominẽ perditũ plerũq̃ & illum sacrilegũ. Cice. In Anto. Indignũ facinus: & hoiem nequã. Pli. Junior ad Octauium. Hoiem te patientẽ: vel potius durũ ac pene crudelẽ: qui tam insignes libros tam diu teneas. In re magni caloris diceremus. O me miserũ. o te infelicẽ &c. Teren.

Hui. Leuioris caloris interiectione vtitur hui cũ actõ. hui tam graues rastros queso.

¶ Hei vehq̃ datiuũ. Due interiectiones h. i & veh: regunt dtm̃

post se. Ci. Hei mihi nõ possum hoc sine lachrymis commemorare. Uerg. Hei mihi

Hei qualis erat. Ouid. Hei mihi q̃ nullis amor est amicabilis herbis. Plautus. Hei misero mihi ¶ Hei cuius significationis? Dolentis: & ingemiscentis. ¶ De veh. Ueh misero mihi. Martia. Carpere causidicus fert̾ mea carmina: qui sit. Nescio si sciero veh tibi causidice. In sacris. Ueh. duplici corde. hic duplici dtũs est. Qñq̃ sine casu ponitur. In Esaia. Ueh qui profũdo estis corde. Apud veteres cum actõ legitur

Ueh. Plautus in Asi. Ueh te. ¶ Cuius significationis est veh? minantis / & malũ imprecãtis: atq̃ execrantis. Quare habet diphthongon? Ut differat a cõiunctione ve. i. vel. Cur aspirat̾? vt affectus mentis fortius exprimat̾: q̃d in plerisq̃ aliis fit. vt hei heu ah vah &c. ¶ Quot modis cõstruit̾ veh? Trib⁹: Primo cũ dtõ. vt veh tibi. Secundo vetuste cũ actõ: teste Capro. vt veh te. Tertio sine casu. Uerg. Mantua veh misere nimiũ vicina Cremone. Ue particula in compositione diminuit. vt vestibulũ quasi paruũ stabulũ / vepic⁹ / vegrãdis / vescus. Aut negat siue p̾uat. vt vecors.

¶ Pro primũ Pro interiectio dolẽtis, vel indignantis: & aliqñ

admirantis construitur cum ntõ / actõ / et vctõ. De nominatiuo: pro dolor: p̃ pudor

Pro. De vocatiuo Plautus. Pro sancte Jupiter quid video. De actõ. Teren. Pro deum atq̃ hominum fidem: Scribitur sine aspiratione a Mancinello / Calepino / Badio. Georgius Ualla aspirauit proh vegetioris soni gratia.

¶ Regimen nominatiui et obiter aliorum implicitum.

Cuiusuis tacitam do casus sepe regentem.

Supprimit orator: que rusticus edit inepte.

Dictio regens tam nominatiui q̃ aliorũ casuũ. aliqñ etiam dictio recta eleganter subaudit̾. vt laus regi supno. Gloria tibi dñe. Dñs vobiscũ. pax tibi: Glia in excelsis deo &c. In quib⁹ ntũs regit̾ a verbo substantiuo sic in plicite posito. nulla mora imus intelligitur est: veluti turpe dictu, scz est &c. Quid. Turpe quidem dictu. sed si modo vera fatemur, Uulgus amicitias vtilitate p̃bat. Sillius. tertio. Turpe du s

tot ĩ sepno cõsumere noctẽ. Sequẽtia sancti euãgelij ſm Joãnem. s. sunt mirabile dictu. mirabile visu: scz est. Homelia sancti Gregorij: scz est vel sequitur. Vergi. Nunc fama minores Italiã dixisse: scz est. Cauẽdũ semp ne qd obscuritatis pariat subauditio. Exẽplũ de gtõ. Cor. Tacit⁹ Mox petita a dijs piacula: additiq; sybille. subaudi libri sunt. idẽ. Monere diuti⁹ nãq; tpis huius: ꝛ impletũ est oẽ cõsiliũ. Neq; tẽporis huius subaudi est. de dtõ. Tacit⁹ ad ea cerealis ciuili ꝛ classico nihil subaudit᷑ rñdit. de actõ Teren. Miserã me. vereor ne illud grauius Phedria tulerit. subaudi. o me miserã ꝛc. De vtõ. Ver. Tityre coge pecus. subaudit᷑ o. De abltõ. Quid mea rusticeẽ nelocaris an nitide: subaudi interest. Exemplũ vbi dictio recta subauditur. Vocor Joannes: subauditur dictio recta ego: q̃ turpiter exprimeret᷑. Cice. ij. Philippica. Qđ in tabulis q̃ sunt ad Opis patebat: subaudit᷑: tẽplũ. ita Joãnes habitat ad diui Petri. qđ rustici aiũt apđ ecclesiã sancti Petri. Cice. xiiij. ad atti. Rapinas scribis ad opis fieri. Tit. Liui. iiij. ab vrbe cõdita lintheis libris admonete inuẽtis. s. tẽplum.

Subaudiendi modi.

Quot modis qcq; venuste subaudit᷑? Difficile esset oẽs enumerare: tñ precipui sunt septẽ. Prim⁹ fit per quo. Hora. quo mihi fortunã si nõ conceditur vti. i. ad quid vultis mihi esse bona fortune. ita legit Valla. licet aliqui codices habeant Quo mihi fortuna est. Cicero ad filiũ. martis vero signũ quo mihi pacis authori. Quintilianus. Quo per fidem diuitias ecce. Idẽ. Quo nunc tantum frumenti? quo classem commeatu grauem? Secundus fit per vnde. Hora. Unde mihi lapidem? quorsum est opus? Unde sagittas? sup. acquiram: vt te cedant? Juue. Unde tibi frontem liberalemq; parẽtis? Quum facias peiora senex sup. esse puta vel credis sic vñ huic diuitias. Quinti. Uñ hũc illi animũ. Et alibi. vñ tm̃ virium ceco vt in vno statī ictu mors tota peragat᷑. Et alibi. Uñ miserie tũc vnde sopnus. s. erat vel est. In sacris. Uñ mihi hoc: vt mr̃ dñi veniat ad me? s. datũ est. Terti⁹ modus fit p esse: subaudito dictis aut dictum. Quinti. Eloquentiã esse q̃ pene eripiat scelestos subaudi dicũt. Cice. Caput esse ad bñ viuendũ securitatẽ. s. dicũt. Quartus modus fit vbi subauditur rñdeo. aut sile. q aũt scribis de illo negotio ego nescio qđ cõsiliũ capiã. rusticus diceret rñdeo q ego nescio. Quinti. Sic cõfessionẽ culpe mee exigitis: ego fui pater durus. rusticus diceret: cõfiteor q ego fui pater durus. Quintus modus: vbi subaudimus ita loquimur vel hoc dico. Cice. In obsecro (qm̃ Terentiano ṽbo libẽter vtimur) assentio absit: veritas retineat᷑: subaudi ita loqmur: qm̃ Terẽtiano verbo libẽter vtimur. Idẽ. Satiari delectatione nõ possum vt mee senectutis requiem oblectationẽq; noscatis. Subintellige hoc duo vt noscatis. Sext⁹ modus est vbi gñale verbum facio facis subauditur. aliqñ etiã dixit Plini. iunior. Studes an piscaris: an venaris: aut simul oia: sup. facis. Quinti. Nil aliud q̃ renuet sup. faciet. Et iterum. Et acceptis literis meis iuuenis fili⁹ nihil aliud q̃ cuz matre fleuisset nihil aliud sup. fecisset. Martia. Nil aliud bulbis q̃ satur esse potes. i. nil aliud facere. Bene Ennius preclare anaxagoras: fortiter. Scipio Aphricanus: prudẽter Fabius sup. fecit aut dixit. Dij melius. sup. faciant aut velint aut fecerint. Oui. Dij melius/ Dij nempe suas habere sorores. Dij meliora. Luc. verbum expressit. Dij meliora velint. Quintili. Tu melius vxor. que facturuz retinebas: supple fecisti. Hos sex modos ex Valla deprompsi. quibus si vellẽ duodecim non minus eleganteis adijcerẽ. sed cõtentus ero vnico ad oẽs gñali. Septimus modus est. Quotiescũq; subauditio obscuritatem nõ parit: ornate, multa subijcemus, vt Tum Venus, s. dixit. Quid rei tibi cuz illo subaudi est. Non dubiũ quin vxorẽ nolit fili⁹. ridiculũ. nuge: trice: apine: fabule, Sed quid opus plura. Et alia id genus multa. de his alias. Nunc ad reliqua. Pulchra quidẽ sed nihil ad nostram hanc quid de me. Quid mea. Cui Jesus. Preclarũ dictum Ciceronis qui ꝛ Tullius modo pro dũmodo. Oui. Cnosia fecisses in opera sapienter amasset. i. si fecisses. Plini. Dedisses huic animo par corpus. si dedisses. Hora. in arte. Quintilio si qđ recitares corrige sodes. Hoc aiebat ꝛ hoc melius te posse negare. a. i. si negares. Juuenal᷑. Greculus esuriens in celum iusseris ibit. i. si iusseris. Teren. in Eunucho. Id amabo adiura me. i. ob id. Cicero ad Atticuz. Sed hec propediem coram. supple agemus. Arpinũ volebamus. s. proficisci. Arpinũ quuz eum conuenero cogito. s. proficisci. Utinam corã tecũ olim q̃ per epistolas supple loqui aut rez cõmẽtari liceat. Pylie ꝛ attice salutẽ. Vale. sup. dicas. Libri quidem ita exierunt (nisi forte me cõis philãtia decepit) vt in tali gñe: ne apud grecos quidẽ simile quicq; sup.

Subauditio nil obscuritatis parere debet. Horat. ij. ser. Veniũ erat ad vestam. terẽ. ad Diane venerit abito ad de xteraz Li. li. x. ab vr. ad murtie inde date sedes latinis subaudi ad edez veneris q̃ murcia dicta est.

Subaudiendi modi septem.

Rñdeo verbũ frequent᷑ supplet᷑ et sile᷑ cõfiteor qđ aũt scribis de illo negotio: ego nescio qđ ꝯsiliũ capiam, vt ego iã ante tenueram supple rñdeo de his valla.

Si subauditum.

reperiat. Potuerūt vel biduū vel triduum velvt videbitur. nihil eñ interest vt videbi tur. s. vtile. Castriti⁹ Romā cupit: scʒ ire. hui tandiu de nugis. s. scribo. Brutus apud me fuit cui quidē valde placebat me aliquid ad Cesarē scribere. Quum essem in cu manuʒ: scʒ iturus. Post tuū discessum binas a Balbo: nihil noui. s. accepi. Ego iam destinaram Hydruntē quidē. s. pficisci. Orosius. Hete illi q̄ ꝛ nūc gotthi. s. dr. Pseu do Curti in epist. Scis aduersus schatum perpetrationē tuā: dignū affici atroci sup plicio ꝛ merito capitali: subaudi scis te dignū affici ꝛc. vir magna doctrina. subau dit est vel erat teste Gellio. Quod quidā authores sunt. subaudi asserere ausi: restat mihi exponēda vita quā hic egit in magistratu res digna auditu in primis. subau di est. reliquū est vt exponā vitā qua fuit in magistratu rem dignā auditu in primis Juno apud Uer. enei. j. Mene incepto desistere victā mene. s. opʒ / decet / aut verum est. Plini. iunior Hoiem ne Romanū, tam grece loqui? Cicero ad Terentiam vxorē. Me miserum in tantas calamitates mea culpa incidisse. ¶ Audiui te affuisse vt cete ros in prelio. sup. vt ceteros audiui. Audiui te affuisse in prelio vt ceteri scʒ fuerunt. Iratis conuenit aposiopisis. i. reticentia. Phedria Teren. Ego ne illam: que me: que illum: que non. ego ne illum: scʒ vlciscar: que me scʒ exclusit: que illum intromisit ꝛc. Neptunus Uergilianus. quos ego: sed prestat motos componere fluctus. quos ego scʒ acerrime puniaʒ. Aliqñ pudoris gratia aut propter alicuius presentiā quippiā subticemus. Ter. in Eunu. Ego illū Eunuchū, si opus siet vel sobrius. Uer. Nouim⁹ ꝛ qui te transuersa tuentib⁹ hircis. Ntūs aliqñ penitus absoluitur rectore. Psalmo graphus. Disciplina tua ipsa me docebit. ꝛ quod imitari nolim. Cuius humilitatē dominus respiciens virgo concepit. i. domino respiciente.

Aposiopisis iratis congruit. * Absoluitur interdum ntūs a rectore. * Propriū si pprio iūgatur subintelligit appellatiuū. Maro eneid. j. Unius ob noxam et furias aiacis oilei. vbi seru⁹ notat ex figura greca dictū cē q̄ vtitur circa ppre ꝛ maritos būs: vt aiacis oilei intelligim⁹ filiuz hectoris andromache intelligitur vxor. Hec figura latius patet. Naz eusebi⁹ pāphili dict⁹ est subaudi amicus. Teren. in aud. Hui⁹ Byrrhiaz subaudi seruum.

¶ Regula genitiui.

¶ Regula prima.



Si duo continue iungantur fixa: nec vna
Sit res: in patrio recte casu dabis vnum.

¶ Omne nomē substantiuū regit alterū substantiuum in genitiuo si ipsa pro diuersis significentur accipi: coniūctione nec explicite nec implicite intercedēte: vt ager petri: christa Galli: facūdia Ciceronis: patera vini: dies letitie princeps sacer dotum: scriba regis: vicin⁹ petri: olor vxoris: epla Pauli: potio sopni: lumen solis: virtus Dei: quid rei: crater argenti: pater filij: discipulus magistri: cathedra iustitie flos florū: homo parui pretij: puer vnius diei: ager triū iugerū: Iris pluuie. Eneas Anchise: custos tēpli: summa summarum. Apud Pliniuz scire petri esse dei: qr infi nitiuus fungit officio ntī. Liber illi⁹: qr pnomē primitiue speciei fungit officio nole substantiui. ¶ Cur dicis si ipsa p diuersis significent accipi: qr aliter ponerent in con cordāt casu: vt vrbs Roma. Cur igitur non dicimus / virtus de⁹: quū virt⁹ sit deus. Quia licet accipiātur pro eadē re: tñ significant pro diuersis accipi: qr theologie imperitis videtur virtus quid esse in deo: vt in Joāne ꝛc. qr igitur dicimus virt⁹ petri: fortitu do hois: clemētia iudicis: ideo etiā dicim⁹ virtus dei: potētia dei. ꝛc. aliquid petri. i. de petro. sic aliqd rei dicim⁹ pro aliqua res ꝛc. ¶ Quare dixisti cōiunctione nec ex plicite nec implicite intercedēte? Qr sic alterū non staret in gtō: vt chlamys ꝛ aurū. Que est circa hoc elegātie regula quā Niger ponit? est hec. Et habueris orationem adiectiui ꝛ substantiui: aut in qua proprietas regit subiectū mutabis eā elegāter in duo substātiua eiusdē casus intercedēte cōiunctione qd poeticū magis est q̄ orato riū teste Seruio. Uer. Arma virūq cano. i. virū armatū: vt multi dicūt. Idē. Pateris libamus ꝛ auro. i. pateris aureis. Idem. Molēq ꝛ montes insuper altos imposuit. i. molem altorum montium. Cauendum ne ab honestate naturaq discedamus. i. a na turali honestate / vel honestate nature. rex est eī, lamyde purpuraq indutus. i. chla mide purpurea. Gesto in digito anulum auruq. i. anulū aureum. Laudo iuuenum mores honestateq. i. honestos mores iuuenum. Loquimur ita in prosa interim ele gāter absit semp affectatio qua nihil odiosius. ait. Fabi⁹. ¶ Cur dixisti neq implici te? Quia si coniunctio subaudiatur in eodem ponētur casu. Terētius. Dum etas me tus magistr. prohibebant. bene autem intercedet verbum substantiuum: vt liber est petri: domus creditur esse Petri. In quibus orationib⁹ nolunt verbum regere gtīu: sed nomen intercedente verbo. ¶ Argumento: dixit Plautus in truculento. Quid.

nō i hāc notio est inquā: meā amicā. hic alterū substātiuū ponitur in actō. alterū in ntō: ergo rl'a male dicit alterū in gtō semꝑ locari. Rñdeo. Plau. more veterū loquit apud quos verbalia in io sepe regūt casus suoꝝ verboꝝ nūc nisi rarissime non licet ita loqui. ⁊ regula dat̄ de grāmatica iam in vsu nō olim desita. ¶ Argumentoꝛ dicit Gel (ne vetustatē excuses) li. i. ca. xvi. Qd genus hoīes linguaces appellati. Et Boe. ii. de cō'so. In id etatis pueris. hic sunt diuersa substātiua genus hoīes id etatis pue ris: hic sunt diuersa subs. genus hoīes: id etatis pueris nec alterū ponit̄ in gtō: qd est cōtra rl'am. ¶ Rñdeo. rl'a intelligit̄ si nulla figura obstet. in dictis aūt orōnib' est antiptosis honesta ⁊ oīb' licita: q̄ ex vsu authoꝝ oppido elegās. Qd genus pro cu ius gñis. id etatis pro huius etatis. vt id genus pro ci' gñis. oē genus p oīs gñis. Gel. xix. ca. iiii. Aristotelis libri q̄ pblemata physica inscribunt̄: lepidissimi ⁊ elegan tiarū oē genus referti. Suet. in Tito. Quinqꝫ milia oē gn' ferarū. i. oīs gñis: Idem in domitiano initiū vescēdi primus fecit: dieqꝫ proximo omne genus rerum missilia sparsit. Tacitus. Romanorū nemo id authoritatis aderat vt promissa eius magni penderētur. Idē. Mos habebatur principū liberos cū ceteris idē etatis nobilibus sedentes vesci in aspectu propinquorū propria ⁊ parciore mensa. i. eius authorita tis: eiusdem etatis: vel ea authoritate eadem etate. locutiones sunt ornatissime.

Verbalia in io vetus regimen

Qd genus
Oē genus
Id pro ei'

¶ Utrū elegātius dicimus Quid cause: an q̄ causa? Quid cause.

Elegantie regula

Quare? Quia elegātie rl'a est: quoties loquendum foret per quis: q̄: qd: multus: nos minor: tātus: quātus: ⁊ nōnulla alia adiectiua: venuste adiect uū in neutro genere substātiuū efficimus: mutādo prius substātiuū in gtm̄ priore seruato numero: vt qui causa: qd cause: q̄ vires: qd viriū: multa pecunia: multū pecunie: multa arma: multū armorū: ea etas id etatis. Minor sciētia: minus sciētie. Tāta fides: tm̄ fidei. quātos nūmos: quātū nūmorū: hoc regnū: hoc regni ⁊c. Nullus in nihil vertit̄: vt nullus locus: nihil loci. Terē. in Andria. Nihil preci loci est relictū. Idem. Ne ille scit hoc paululū lucri: quātū damni oportet. Plaut. Neqꝫ habet plus sapie q̄ lapis. Cicero. Habeo minus viriū q̄ vestrū vtreuis. Iuue. quātū quisqꝫ sua nummoꝝ seruat in ar ca. Tm̄ h3 ⁊ fidei. Tullius. Tibi aūt idem cōsilij do. Terē. Dij boni: boni quid porto. Plau. Caue mihi mēdacij q̄cq̄. Sallu. Nec pēsi q̄cq̄ habebant. Ouidiana elena ad paridē. Nec tibi plus cordis sed magis oris inest. Hora. Sed tacitus pasci si sciret coruus haberet. Plus dapis ⁊ rixe multo minus inuidieqꝫ. Plau. in amphi: Hoc no ctis solus ambulē: videt̄ intelligi tpe. Idē. Quid istud noui est? Pulcherrimum est: id tēporis pro eo tēpore. ⁊ id etatis pro ea etate. Cor. Tac. Armeniā petiuit id tēpo ris importunā. Idē3 apud finē Ligurū id tēporis erat. Oppius de bel. Hisp. Erat idē tpis Sextus Pompe. Ibidē. Incidit idē tpis vt tēpestate aduersa vehementiqꝫ vēto afflictarent̄. Ibidē. Id tpis conati ad murū accedere. In eodē. Per idem tēpo ris glās missa. Gel. li. i. ca. xxiii. Si libri copia fuissent id tēporis. Titus Liuius septi mo tertie. Cur id etatis in castris fuisset. Cice. pro Cluētio. Si potuisset honeste scri bere se in balneis cū id etatis filios fuisse nō pteriissct hic capit̄ pro ei' etatis. Plau. in asina. Nec cū puduit id etatis sycophātias struere. Terē. Sum hic minus amicorū habens. sic modicū vini. plurimū laboris ⁊c. Id locorū pro eorū locorū elegans est. Boeti' ii. de conso. Partis ceterisqꝫ id locorū gentib'. ¶ Neqꝫ id regimē solu3 in ntō aut actō fit. Uale. maxi. lib iiii. Fuerat eodē loci. Tacitus. Non eo loci res suas agi: vt de matrimonio certet. Idē. multo iam noctis serū aurelū venit post hic sub audiri tēpore. sed rustice exprimeretur: vt apud eundē. Reliquo noctis ⁊ modo per silentiū desitus sepius pauore exurgens ⁊ mētis inops lucem operiebatur. Pli. xi cap. xxxvii. viris augurū gestare eo. loci decus existimatur. ¶ Al' q̄n id pulchre sub auditur. Tit. Liui. i. ab vrbe Quū Romanus exercitus instructus quod inter capi tolinū collē palatinūqꝫ cāpi est/cōplesset. ¶ Ordina. Quū Roma exercitus instru ctus complesset. id cāpi quod est inter collē ⁊c. Mela quod terrarū iacet a freto ad ea flumina ab altero latere Africā vocamus: ab altero Europen. Liuius tertio ab vrbe Uocis verboꝝqꝫ quantum voletis ingerent. subauditur tantum sic ingerent. tantum vocis verboꝝqꝫ quantū voletis. Idem in primo. Uastatur agri quod inter vrbem ac Fidenas est. i. vastatur id agri quod ⁊c. multo elegātius q̄ vastatur ager qui ⁊c. ¶ Cauendū ne dum ornate loqui volumus per comtēptū inscij loquamur in iis que partionē aspernātur: vt quid hominis pro quis homo veluti nescio quid hominis sis: quasi non plane homo: sed hominis quepiam particula.

⁎ Quātū
Cicero off. cio.
Quāobre3 intelligentie iustitia cōiūcta q̄ tum volet habebit ad faciendum fidē viriu3

Id tpis.
Id etatis

Id locorū
Eo loci
⁎ Teren.
Quid cum illius con silij captet

quid hoīs

¶ Liber petri. ex qua vi regitur Petri? Ex vi volũtatis ꝛ vsus doctissimorum ita respondebis in omnibus. Da regulam.

¶ Ex qua vi dictio aliqua regatur.

Querenti vires sit pro ratione voluntas:
Assiduusq; vsus magnorum grammaticorum.

preciũ pollicens vnus ⁊ item alter. Nã tres simul aderant. Ouid. in epistola Sap Unus et
phus. Uersus vnus ⁊ alter erat. Uerg. Alter ab vndecimo. i. tertiusdecimus: vt cũ alter.
Donato sentit Lancilotus. Alter aliquando capitur pro alius. Pli. Tabulas plu
res pinxit: e quibus vnã in foro: alterã in comitijs. duas in Põpeij porticibus vide
mus. In augurijs alter auis pro nõ prospera dicitur. ¶ Recte dicimus homo inui
det alter alteri Colu. Ne in colluctatione alter alteri noceat. ¶ Alteruter quiuis e
duobus siue vterlibet vel alter ex duobus. Cicero in Uerrem. Uideo necesse esse al=
terutrum. In sacris minus bene capitur alterutrum pro mutuo vel vicissim teste
Ualla. vt ad Romanos. Deus autem patientie ⁊ solatij det vobis idipsum sapere
in alterutrum. ⁊ in ep̃la Jacobi. Confitemini alterutrum peccata vestra et orate
pro inuicẽ: sic transferendũ erat (inquit Ualla) confitemini mutuo pctã vestra, ⁊ ora
te pro vobis. Idem ait in illud ad Romanos. Ita multi vnum corpus sumus in
christo: singuli autẽ alter alterius membra. pulchrius dixisset alius alterius: Idẽ
ait: quis putas pro qui sñã nõ satis latine dicit: neꝙ vnus post vnũ. Ut in Joanne.
Audientes autem vnus post vnum exibant: sed viritim: singulatim: separatim. Quis
¶ Quõ differũt nominatiui singulares quis ⁊ qui? Quis interrogatiue aut infinite Qui.

ponitur:nunq̃ relatiue. Interrogatiue:vt quis fecit? Infinite. Plin. Sum mihi ne
scio quis in aurẽ insusurrauit. Qui ponit interrogatiue ⁊ relatiue. Interrogatiue.
Liui.iij. ab vrbe. Qui finis erit discordiarũ.i.quis. Idẽ quiq̃ pro qui sẽp dixit. Cice.
Qui deus appellandus est? Idez. Qui locus? Idem. Qui concursus ex oppidis fi-
nitimis vndiq̃. sic idem in orationibus qui pro quid interrogatiue vtitur. Relati-
ue:vt diligo discipulum qui literis diligẽter operã nauat. Qui post n et interroga
tiuum an:num ⁊c. p aliquis capit vt si quis an quis:quis datiui et abl̃ti casus in-
terrogat:⁊ refert. Qui aduerbiũ pro quõ venustũ est. Cice. Qui fieri poterat? Et pro
quẽadmodũ. Terẽ. in andr. Nũc si quid potes aut tu aut hic Birria facite/fingite in
uenite/efficite qui detur tibi. Et p vt. Idẽ in eadẽ. Nõ qui argumẽtũ narret sed qui
Que vel q̃. veteris poete maledictis respondeat. Et pro vtinã. Idẽ in Phor. qui illum dij oẽs
perdant. Et pro vnde. Idẽ in and. Qui isthec tibi incidit suspitio.i. vnde. ⁊ pro cur.
Cic. lib. v. thus. qui eũ beatior. Epicurus q̃ in patria viuebat, q̃ Metrodorus q̃ athe
nis. Sed nõ inepte posset hic capi pro quõ. ¶ Quomõ differunt nomĩatiui ⁊ accu
satiui que ⁊ qua:vt gñis feminini. Que vel qua ⁊c. Que vtimur in compositione:vt
Ecque. quedã:⁊ extra cõpositionẽ:vt que hec impudẽtia. Qua noĩatiui ⁊ accusatiui casus
Quod. solũ in cõpositione vtimur:vt aliqua siqua. Cic. cũ pro Cecinna. Alia si que forte est
Quid. dixit pro si qua. Et alibi nunque pro nimqua. vt Plau. in capti. Nunque causa est
quin si ille huc nõ redeat. xx. minas mihi des pro illo? Sed hec rariora sunt q̃ que
velim imitari:nisi forsan parcissime. Idẽ lib. viij. ad atticũ dicit. Ecque pacifica per
sona desideretur. vbi est ecque pro ecqua. Plautus vero dixit ecqua ⁊ aliqua.
¶ Quomodo differũt quod ⁊ quid? Quod cũ suis cõpositis est adiectiuũ: vt quod
pomũ:quodcũq̃ donũ. ¶ Quid cũ suis est substãtiuũ:vt quid negocij:quid cause:
quid pomi:nõ qd pomi. ideo dicces optimũ quidq̃ nõ quodq̃:ne duo adiectiua cõ
nectantur nisi subaudiatur substãtiuũ hoc pacto. Reliquit mihi pater multa pre-
dia:quorũ optimum quoq̃ mihi sublatũ est:subauditur prediũ. Quod querit:⁊ re-
fert:quid querit tantũ:aut infinite ponitur. Itez quid capitur pro cur. Ouid. Quid
mandas femina arene.i. cur frustra laboras. Plau. in amphi. Haud quisq̃ quereret
qui siem aut quid venerim. Quid eleganter sumitur pro in quo:vt nihil pro in nul
lo:⁊ his duobus medis est. Quid aduerbiũ. Cice. in le. Quid enim indigens aphri-
canus mei. Quint. Quid tibi tantũ malum fecit:quid offendi? Similiter apud Lu
cam. Et si quid aliquem defraudaui:reddo quadruplum.
Quis nat in equore piscis ¶ Dicimus ne apte? Quis nat in equore? Piscis:quis bonus est aratro? Bos. Nõ
si Valle credimus:q̃ quis per se de viro querit:que de femina. Ideo quũ queritur.
Quis nat in equore? Rñdendũ est Petrus aut Paulus ⁊c. aut nemo. De alijs ab ho
mine. si cupis querere per neutrũ id facies. Quid nat in equore? Piscis. Docet hec
Quidam. cõtra Priscianũ Valla:cui refragat Ausonius in monosyllabis(vt notauit Langi
Aliquis mercius meus) Dic cessante cibo sopno quis, opinor est? glis. Quomõ differt quidã
Quisq̃. ab aliquis:quisq̃:quispiã? Quidã dicit personã certã:⁊ singulare potius signum
Quispiam est q̃ particulare: aliquis:quisq̃:quispiã. dicũt personã incertã:vt quodam tem-
pore natus sum. aliquo moriar. Hieronymus quidã pro aliquis posuisse vr̃:sed Val
Aliquãdo. la reijcit culpã in librarios:vt in plurib9. veluti foras. inde insertus. retro pro extra
illac:insitus:post ⁊c. Eodẽ modo differunt ab his deducta aduerbia:vt quodaz:ali
quo. ¶ Ab aliquis fit aliquando.i. quandoq̃ et elegãter ponitur pro tandẽ. Sallu.
Ut aliquando pacẽ q̃ bellũ malles. Dicimus etiam tandem aliqñ:⁊ aliquando tan
dem:vt probat late Philelphus lib. xxvj. epist. Erasmus in opere de copia rerum ⁊
verborum vult, contra Vallam quidaz nõnunq̃ incertam personam significare:vt
quando aut contemptũ aut translationẽ habet:vt Isidorum mihi quendã citabat;
perinde ac si dicas. Isidorum nescio quem lachrymas emisit quendam animi san-
guinem.i. velut sanguinem. Seditio morbus est quidã ciuitatis. Idem ait, quispiã
certam q̃ incertam significare personam:aliquis solam incertam.

Quis/qui que pars orationis

¶ Quis ⁊ qui que pars orationis? Nomen. quale nomen? Infini

tum. Cur? q̃ certas nõ recipit personas. ¶ Argumentor. Donatus dicit quis vel
qui esse pronomẽ:ergo false concedis esse nomen. Respondeo. Donatus loquitur se
cundum opinionem eorum qui putarunt omne relatiuũ ⁊ interrogatiuũ esse pno
mẽ quã fallaz esse docet Priscianus:q̃ ꝓpriũ est ꝓnois certã significare ꝑsonã nec
vnq̃ interrogare:sed solum referre vel demonstrare. ¶ Argumentor. Varro voca-

quis vel qui articulos. articuli aūt nō sunt alicuius partis oṙonis ergo male dicis quis vel qui esse nomen. ¶ Rñdeo. articuli sunt duplices vni qui ꝑpetuo dictionibus adherent in certo casu vel tēpore aut ꝑsona ⁊c. quos non propter pueros finximus: vt declinare sciant sed quibꝰ necessario in oṙonibus vtimur vt quales in greca lingua plurimi sunt: ⁊ in Teutonica ⁊ gallica: den der: des: le: les ⁊c. hi non sunt alicuius partis oṙonis. Eiusmodi articulis latinus sermo caret vt bñ docet Quinti. Nā hi huius. huic: hūc o hoc ⁊c. articuli ficti sunt puerorū grā. Licet eñ nola cū his declinemus. tñ loquēdo omittimus. vnde patet nō veros: sed commentitios articulos esse: ⁊ carere potuimꝰ. Neqꝫ eñ nomē ideo masculinū est: qꝛ ꝓponit̄ hic: sed ideo preponitur hic: qꝛ masculinū est. Alteri sunt articuli. dictiones quedaꝫ ceteris adminiculantes nec per se quicq̄ significantes: que tñ ipse casus regunt: aut alia sibi vendicāt q̄ veris articulis negātur. ⁊ sic articuli sunt: teste Uarrone non solum quis vel qui: sed etiā oīa syncathegoꝛemata: oīa pronoīa: oēa coniunctiones/omnes ꝑpositiones. hec nāqꝫ in oṙone tanq̄ articuli noīa ⁊ verba cōnectunt aut ipsis adminiculātur eiusmodi articuli bene sunt alicuius partis oṙonis. qꝛ Uarro ponit ꝓ noīa ꝓpositiones ⁊c. vt hic iste. ⁊ idē dicit hic iste quis ⁊c. esse articulos. Ideo friuola est disputatio eius qui ex Lācteloto: ⁊ Uarrone voluit ostendere: quis vel qui nec nomen nec pronomeꝫ esse. Nam si velit sibi constare debebit etiā negare pronomine esse iste/hic/ipse/is ⁊ multa alia in quibus sibi contradiceret quod ipsum nō sani esse hominis: nō sanus iuret Orestes/

De comparatino ⁊ superlatino.

¶ Quot modis fit comparatio? Quiqꝫ. Primo ab vno ad plures sui gñis: ⁊ tūc superlatiuo est vtendū: si illi plures sint impares. vt mediꝰ est digitoꝝ fortissimꝰ. si vero pares fuerint ꝯparatiuo est vtendū: vt hoc vas est ceteris capacius. si quatuor sint vasa: tria quidē eque capacia: quartū capacius. ¶ Scdo fit cōparatio ab vno ad plures diuersi gñis: ⁊ comparatiuo vtimur: vt Leo est fortioꝛ equis. ego Gallus sum fortioꝛ Italis. ¶ Tertio fit cōparatio ab vno ad vnū: per casum significanteꝫ vtrūqꝫ: ⁊ sic cōparatiuus hꝫ gtm̄. vt dextera est fortioꝛ manuū. fit cōparatio a dextera ad leuā per gtm̄ manuū significātē ⁊ dexterā ⁊ sinistram vel fit cōparatio ab vno ad vnū sine casu: vtrūqꝫ significante: vt dextera est fortioꝛ sinistra. ¶ Quarto fit comparatio a pluribus ad vnum: vt socij mei sunt doctioꝛes me. ¶ Quinto fit comparatio a pluribus ad plures. vt sumus fortioꝛes vobis.

Cōparatio fit quinqꝫ modis.

¶ Quotuplex est cōparatio? Duplex. Propria ⁊ impropria vel abusiua. Quid est cōparatio propria? In qua excedens ⁊ excessum cōueniunt in forma: in qua fit cōparatio. vt plumbū est grauius argēto. Quid est cōparatio impropria vel abusiua? In qua forma in qua fit comparatio excedenti tantū conuenit: vt deus est melioꝛ demone. infimus beatoꝝ est felicioꝛ reprobis. qꝛ reprobi nullo modo sunt felices vel nec excedenti nec excesso conuenit. ⁊ tunc cōparatiuus capitur pro contrario cū aduerbio minus: vt mare ponticū est dulcius q̄ cetera. i. minus amarum. Melius est amittere rem q̄ famam. i. minus malum.

Compatio duplex.

Abusio, cōparatiui triplex.

¶ Quot modis fit abusio in cōparatiuis tribꝰ. Primo construcciōe vbi ꝓpriū nō regit casū. vt fides/spes/charitas/tria hec maioꝛ hoꝝ charitas hoꝝ pro his dixit: qꝛ greci sunt igtūs. nos hoc nō imitabimur: qꝛ greci cum abltō careāt necessario dant gtm̄ cōparatiuo: nos abltm̄ dabimꝰ: si velimus latine loqui In Job. Neqꝫ sum inferioꝛ vestri grecanice ꝓ vobis dī nec imitabimur: vt neqꝫ illō in lib. Sapiētie. vt sciret qm̄ oīum potentioꝛ est sapientia. Et in Daniele. q' esset honorabilioꝛ oīm, pro oībus. Aut cōparatiuus ꝓ suplatiuo ponit̄: qđ nimis fit sepe i sacris. nec debemus imitari vt minoꝛ discipuloꝝ ꝓ minimꝰ ⁊c. Scdo fit abusio formatione vbi fit a substantiuis: vt Neronioꝛ: ipsissimus. ¶ Tertio/significatione vt vbi pro absoluto siue positiuo capitur. vt senioꝛ ꝓ senex aut minus significat: vt tristioꝛ. i. parum tristis: aut contrarium significat vt dulcius. i. minus amarum. Hec Aldus. Da authoꝛitatem de dulcius pro nimis amarum. Cur. lib. v. Mare cuspiū dulcꝰ ceteris ingentis magnitudinis serpentes alit.

Inferioꝛ vestri.

*Quint. Utimur vulgo comparatiuis ꝓpositiuis vt si quis se infirmioꝛē appellat. nō dixit ꝓ minꝰ q̄ infirmus.

In illo versu Uergilii Tristioꝛ et lachrymis oculos suffusa nitentes accipit tristioꝛ pro ex parte tristis,

¶ Quot necessaria sunt ad bonā ꝓpriā ⁊ ꝑfectā cōparationem? quatuoꝛ: teste Sulpitio, Primo res comparata, Secūdo res cui cōparat̄. Tertio, alis-

quid in quo fit cōparatio. Quarto q̄ vterq̄ termin⁹ de accidente in quo fit cōparatio participet. Quinto q̄ alter terminorum magis participet/vel participare intelligatur: vt rex est ditior comite, rex est res, comparata: comes res cui comparatur accidens, siue id in quo cōparatio fit: diuitie sunt: de quibus participant: rex et comes/magis autem rex. Aliter, ꝛ in idem recidit. ¶ Quot necessaria ad perfectam comparationem sunt? Tria. Excedens/excessum/ꝛ forma, in qua fit comparatio: que vtrique conuenire debet: sed excedenti copiosius.

Tria in cōparatione

¶ Quotuplicē casum regit comparatiuus? Sextuplicē.

Comparatiu⁹ regit sextuplicē casum.

Primo gtm̄ per regimē partitionis: vt debilior manuū est leua. ¶ Scdo cōparatiue captus regit abltm̄. vt doctior illo. ¶ Tertio abusiue regit gtm̄ pro ablatiuo: qd nō est imitandū: vt inferior vestri: pro vobis. aut dtm̄ ꝓ abltō: qd licet parcissimeq̄ imitari. sed solū in eo cōpatiuo in quo inuenit̄. Sal. ij. hist. Nulla arte cuiq̄ inferior. ꝓ quoq̄ ꝓpter hoc dicit Raphael Uolaterran⁹ stulte reprehendi a Ualla Hierony. q̄ dixerit maior hoꝝ charitas. ꝓ ex his trib⁹. Addā ipse aliqd ex Pli. iij. na. hist. c. xv. de pado Nulli amniū charitate iferior. ¶ Quarto cōpatiu⁹ regit casū sui positiui. vt, doctior pile: gratior regi: crassior collū: clarior ꝓgenie. ¶ Quinto mēsurā excessus: vt sum longior te quatuor digitis. ¶ Sexto pulchre regit hos ablatiuos opinione/fide/iusto/equo/solito/dicto: q̄ nō significāt rē excessam. vt suz ditior opinione hoim. i. quā holes opinant̄. Cic. Maiorē opiniōe hoim cepi doloreꝫ. Citi⁹ dicto venit mors. i. q̄ dici posset. Uer. sic ait. ꝛ dicto citi⁹ tumida equora placat. Sel. li. j. Loquatior impedio. i. plusq̄ decet. Cur tristior es solito. i. q̄ soles. Sū felicior spe. i. q̄ forti sperauerā. Iratior iusto aut equo. i. q̄ iustum: aut equū est irasci. Juue. Ponamus nimios gemitus flagrantior equo, non dꝫ dolor esse viri. hic maior est inuidia. i. q̄ cui quis inuideat. Maior ꝑtoria cognitione summa est. i. q̄ ea quam pretores cognoscere debeant. Eiusmodi plures inuenies magna cū venere dici. Utrū horū elegantius est? Tu maiorē laudē assecutus es patre tuo: tuisq̄ maioribus. An tua laus est maior patre tuo? Prius, est venustius vbi per actm̄ fit locutio. posterius per ntm̄. Ualla vix auderet dicere: tñ solemus aliqñ sic vti inquit. vt Uerg. in. viij. Non secus ignipotens nec tpe segnior illo. Quinti. de apibus pauperis. Unum rogo: ne cui minor vestra dignitate videat̄ causa litis mee. ꝛ in. iij. insti. Maior ꝑtoria cognitiōe summa est. Ab hoc gn̄e nō dissimile illō est/Sum maior viginti annis: pro sum maioris etatis q̄ ea que est. xx. annoꝝ: vel maioris etatis. xx. annoꝝ. Nā licet etiam dicere. sum maior. xx. annoꝝ. i. etate tali. vel sum etatis maioris etate. xx. annorum.

Virgil. Rex fuit eneas nob q̄ iustior alter. Idem Misenum Eolidem q̄ nō prestātior alter. Cuiq̄ inferior. Opinione ditior solito tristior ꝛc.

Tua laus est maior p̄re tuo

¶ Diciturne bene. Iste est nimis iuuenis ad imponendum sibi tantum onus? Minime. sed si venuste loqui velis: ita dices. Iste est iunior: q̄ cui tm̄ oneris imponatur res notior est: q̄ que multis exponi debeat: vel q̄ vt ꝓbetur. Quintili. Sꝫ hec apertius est: q̄ vt ꝓbandū sit. Similiter rustice dixeris. hic gerit, nimis magnā vestē ꝓ corpore suo. Ornate vero sic: maiorē gerit vestē. q̄ ꝓ habitu corporis. Curti. libr. v. Uentus maiorem q̄ ꝓ flatu sonū edebat. ¶ Quo in gn̄e cōparatiuo elegantissime. vtimur? In neutro: vt elegantius dixeris. nihil tuo patre generosius. nihil Uergilio suauius. nihil matre tua castius. q̄ nullus patre tuo generosior. Docet hoc Ualla: ꝛ ex doctissimorum lectione: ipse facile cognosces.

Iunior q̄ cui

Cōpatiu⁹ neutri gn̄is

¶ Utrū abltūs cōparatiui significans rem excessaz semp potest

Casus cōpatiui non semp exponit̄ per q̄

exponi ꝑ aduerbiūq̄. Nō. vt Frācisc⁹ nullo vestrū est doctior: nō pōt exponi q̄ nullus vestrū: q2 negatio dꝫ in grāmatica resolutione ꝑcedere. Quot modis id contingit? duob⁹. Priore cū abltūs est dictio negatiua: vt neme, tu es fortior/nō fortior q̄ nemo. negatio eñ dꝫ ꝑcedere. Posteriore mō vbi abltūs ē relatiuū q̄ q̄ qd: vt video Lucenū quo sum iunior. nō q̄ qui: ne ralatiuū q̄ amittat copulatiuā vim. ¶ Utrum in cōparatiuis licet loq̄ ꝑ q̄ vbi posses per abltm̄ loq̄: vt sū doctior illo: ꝛ sū magis docens illo? Etiā. Fabius lib. viij. Querūt quid sit magis antiquū. Sueto. operā honestā dedit magis q̄ assiduam. Mela. quanto angustior tanto magis pernix. ¶ q̄ elegāter cōnectit duos cōparatiuos. vt es doctior q̄ moratior. Quinti. Sicq̄ salubrior studijs q̄ dulcior. Colu. li. vlt. iunxit cōpatiuo positiuuz dicēs. Idcirco reddi timidiorē q̄ virilem pluribus. ¶ Mage pro magis poeticū est aliqñ oratoriū. Uergili⁹. in. x. Aspice num mage sit nostrū penetrabile telum. Cicero in frumentaria. Mage condemnatum hominē in iudicium abducere nō posse. notauit hoc dictum Uergilij versum Seruius. ¶ Dicimus ne: nullus est societatis mee doctissimus? Mi-

Mage.

nime teste Lācilot. Cur? Quia negatiua dictio cōparatiuū solū exigit. Cice. Olm societatū nulla est ꝓstantior: nulla firmior: ꝙ quū viri boni moribus similes: sunt familiariter coniuncti. hic omnium a nulla regitur: nō a cōparatiuo. ℂ Quomodo resoluit̃ cōparatiuꝰ: in positiuū ꝛ aduerbiū magis: vt doctior magis doctus: ipm̄ magis nō resoluitur vt neqꝫ valde magis cōparatiui gradꝰ est: cuius superlatiuꝰ est maxime: ꝛ fit a magnus: vt Valla ꝛ plurimi volunt. Lancilotus dixit primariū esse: testibꝰ Varrone ꝛ Plinio. Preterea vt Lācilotus ait / Pli. putauit magis potius cōiunctionē esse ꝙ aduerbiū. ℂ Utrū casus sequens ꝙ veluti: sum doctior ꝙ tu: regit̃ a cōpatiuo. Minime qꝛ sp subaudit̃ vbū vñ regit̃. vt sum doctior ꝙ tu scꝫ es. Ouid. Mitius inueni: ꝙ te genꝰ oē ferarū. ꝙ te sup. inueni mitē. Cic. Ad Lucciū Fortiorē me puto ꝙ te. s. putē. Illō aūt Vergilij. aut grauiora timet ꝙ morte sichei concisuꝫ est: ꝓ grauiora timet ꝙ ea q̄ morte sichei acciderūt: vel ꝙ abundat. vt ait Seruius Quis cū diceret amo Catonē meliorē: ꝙ Cesarē. hec doctissimus grāmaticꝰ Aldꝰ

Magis

Casus post ꝙ nō regit̃ a comparatiuo.

ℂ Quot modis capit̃ cōparatiuus? Quatuor. primo mere adiectiue: vt doctiores viri ita sentiūt ꝛ ita nullū regit post se casum. sꝫ cū substātiuo cōcordat in genere: casu nūero. ℂ Scdo capitur positiue: ꝛ ita regit casum positiui vt doctior grāmatice: infestior hosti: albior faciē: dignior laude. Capit̃ etiā pro positiuo: vt sum infirmior. i. infirmus. Interdū vrbanior ꝛ modestior est per cōparatiuum locutio. vt es in dicendo loquacior: liberior: superbior ꝛc. vbi subaudiri videt̃ paulo ꝙ decet: aut ꝙ equū est. Persi. Ocyus adsit huc aliqs. i. ocyter cito illico exēplo Minus aliqñ nec ꝯparatiue: nec ꝓ positiuo capit̃: sed est mera negacio: vt quo minus. i. vt nō sum minus. i. si nō: sic quo secus pro vt nō. Aliqñ minus e cōparatiuꝰ eꝰ a paruū: vt hoc lignū minꝰ est illo. qñqꝫ a parū: vt habeo minꝰ pecunie: ꝙ tu. Maior natu. ꝓ. antiquior elegāter dr. Est aūt natu positiui casus: qꝛ dicimus magnꝰ natu et maximus natu. vt cōparatiuꝰ ꝓ positiuo capit̃: ita positiuꝰ pro cōparatiuo. sed in sacris. nec velim imitari. vt Bonum est sperare in dño: ꝙ in principibꝰ. i. melius aliqñ etiā ꝓ superlatiuo: vt saturnia magna dearū pro maxima. Boe. iiij. de cōs. Dulcior est apiū mage labor: licenter dixitꝰ ꝓ magis dulcis. nollē imitari. ℂ Tertio cōparatiuus capit̃ cōparatiue: ꝛ regit ablm̄ vtriusqꝫ numeri: vt doctior illo vel illis ℂ Quarto capitur ptitiue cū gtō: vt fortior manuū est dextera. ℂ Quot necessaria sunt vt cōparatiuus regat gtm̄ per regimen partitionis? Tria. Primū debet comparatio solū inter duo fieri: ideo nō dr fortior digitorū est pollex: sed bene fortior manuū est dextera. ℂ Scdm̄ debet esse cōuenientia ꝯparatiui ꝛ genitiui in genere: ideo male dicitur fides / spes / charitas: maior horū charitas: qꝛ dicendū maxima harū: nam ꝛ primū defuit. ℂ Tertiū debet esse cōparatio inter res eiusdē generis vel nature: ideo nō dicitur duorum pedum manus dextera est fortior.

Cōparatiuus capit̃ quadrupliciter.

Ocyus.

Minus

Natu.

mage dulcior.

ℂ Utrū bñ dicit Priscianus: cōparatiuū aliqñ minus significare: ꝙ positiuū? Etiā vt apud Verg. de charonte. Iā senior: sed cruda deo viridisqꝫ senectus. senior dixit ꝓ ex parte senex: qđ ipse Ver. declarat qꝛ subdit. Cruda deo viridisqꝫ senectus: hoc est adulta: sꝫ cruda ꝛ viridis. i. incipiēs. Ver. i. eneid. Tristior ꝛ lachrymis oculos suffosa nitentis. i. ex pte tristis aut subtristis teste Priscia. Opinio Priscia. nō placet Laurē. Valle: cui refragat̃ doctissimus grāmaticus Antonius Nebriss. Nec iniuria. Nam qđ ex ouidio affert Valla Sospite sic te sit natus queqꝫ sospes ꝛ olim Imperiū regat hoc cū seniore senex. nihil ꝯtra Priscianū facit qꝛ seniore hic ꝓprie capit̃. fit eñ cōparatio senioris ad senē qꝛ sensus est senex filiꝰ regat olim hec imperiū cū seniore ꝙ ipse pr̃e. Priscianꝰ aūt cū Seruio ꝛ Varrone ꝛ Plinio volūt cōparatiuū ꝓ positiuo sumi: aut etiā minus significare. vbi ad alterū nō fit cōparatio. nec ad seipm. vt apud Quinti. de Isocrate Eoqꝫ iā seniore: octauum eñ ꝛ nonagesimum cōpleuit annū manifestū est. Isocratē iā seniorē ꝯpari sibi ipsi seni: vt si dicat senex. Ad decē annos sū futurus senior. Hec Nebris. cui veritas me cogit cōcinere licet inuitissimus Valle refragari soleā: summus fuit: hō, tñ. Senior pro senex. ꝛ pro valde senex aliqñ capit̃: vt probare nititur in lima Mancinellus.

ꝯ Cōparatiuus interdū minus significet ꝙ positiuꝰ.

ℂ Quot modis capit̃ superlatiuus? Quatuor. primo mere adiectiue: vt concordet cū substātiuo in gñe nūero casu. vt Maria optimā partem elegit. ꝛ ita exponit̃ per valde. ꝛ positiuū. vt optimam. i. valde bonam: hoc pacto recte dicimus maxima minima etiā vbi de duobus tm̄ loquimur. vt bello ciuili Pompeij et

Superlatiuus capit̃ quatuor modis.

Cesarē:maxima ps quiritiū sequebaẗ Pōpeiū:minima Cesarē: si capias pro valde magna ⁊ valde parua:author Valla. ¶ Scdo capiẗ substātiue in neutro ge. vt summum domus. Frigidissimū hoīs est cerebrū.i.frigidissima pars. ¶ Tertio capitur positiue: q̄ntū ad regimē:qꝛ quēcūqꝫ casum regit positiuus:eundē regūt ꝯparatiuꝰ et suplatiuus:vt ditissimus agri:gratissimus deo:albissimꝰ cutē:dignissimus laude ¶ Quō cognosces vtrū casum regat suplatiuus aut ꝯparatiuꝰ ex sua significatiōe et ꝯtrū regat ex natura positiui? Cognoscā ꝑ resolutionē in q̄:vel internam casus his adherēs regaẗ ꝑ naturā cōꝑatiui aut suplatiui:reliq̄ ꝑ naturā positiui:vt sum ditior Joāne auro:sic resoluiẗ sum ditior auro:q̄ Joānes.ecce Joānes post q̄ ergo Joanne fuit casus cōparatiui:auro casus positiui. Sum agricolarū nemorū ditissimus.i.sum inter agricolas nemorū ditissimus.ecce agricolas cū inter.ergo agricolarū fuit casus suplatiui:nemorū casus positiui. Potes etiā cognoscere exponendo cōparatiuū ꝑ magis:suplatiuū ꝑ maxime.vbi positiuo suꝰ casus adherebit:magis casus:cōparatiui:⁊ maxime casus suplatiui vt,sū te ditior auro.i.sum diues auro magis te:sum agricolarū nemoꝝ ditissimꝰ.i.sum diues nemorū maxime agricolarum. ¶ Quarto capiẗ partitiue ⁊ exponiẗ per maxime vt optimus plebis: doctissimus poetarum. ¶ Quot sunt necessaria vt suplatiuus regat gtīm partitiue? Tria. Primo cōparatio debet fieri inter plura duobus.ideo male dr. Pedū meorū dexter est tardissimꝰ qꝛ dicendū est tardior Scdo cōparatio debet fieri inter ea que sunt eiusdē gnīs vel nature.nā male dr. Hector Troianus fuit fortissimus grecorum: qꝛ Hector nō fuit grecus. Tertio gtūs debet cū superlatiuo conuenire in gn̄e fere semper:vt leo est fortissima bestiarū. Cur dixisti fere semper qꝛ apud doctissimos interim aliter inuenitur. Plini. Velocissimus animaliū lepus.

Vergi. Maxime graiugenū cui me fortuna ꝑcari. Idem Danaūfortissime gentis Titide

Superlatiuus vt regat genitiuum tria necessaria

¶ Que drīa est inter cōparatiuū ⁊ superlatiuum.

Superlatiuus facit cōparationē inter plura duobus eiusdē gnīs vel nature. Cōparatiuus partitiue regens gtīm:facit cōparationē inter duo eiusdē gnīs vbicūqꝫ hec absunt.ꝯparatiuꝰ locū hꝫ cū abltō. Exēplū.vt Vergiliꝰ fuit doctissimꝰ poetarū:qꝛ plres fuerūt poete q̄ duo vt Verg.fuit poeta:ideo inepte diceres. Ver.fuit doctior poetis ꝑ doctissimus poetarum.iō male dixit Pogiꝰ teste valla. Aristoteles dixit democratiā oībus peiorē. Dicendū fuerat oīm pessimā:vt hic hō est oīm pessimꝰ nō,oībus peior:ne se ipso peior esse dicaẗ. Exēplū scdi. Dextra est manuū fortior. Exēplū tertij. Petrꝰ est doctior socijs suis ⁊c. Quū diximꝰ cōꝑationē fieri inter duo:nō intelligimus solum inter duas res.sed etiā inter duas ptes.vt in bello ciuili Pompeij ⁊ Cesaris maior ps quiritiū sequebaẗ Pōpeiū:minor ꝟo Cesarē. At tpe triūuirali maxima psꝰ quiritū sequebaẗ Octauiū. Pars maxima legionū erat cū lepido. Maxima ps nauiū erat Antonio. Oportet p̄terea vbi plura duobus sunt esse nō pauciores tribus gradibus.nā si solū duo gradus fuerint:vt si vnū excellat:reliqua sint eq̄lia:cōꝑatiuo vtemur:vt hic Paulus est lōgior ceteris:si ceteri sint equales.hec e Valle p̄ceptis collegi. Que vt magis luceāt argumētor cōtra Vallam:nō illius carpendi sed defendendi causa:sicubi pōt defendi cōtra Mācinellum Lancilotum pluresqꝫ.

Cōparatiui a suplatiuo drīa

¶ Dictorū nōnulle oppugnationes.

Primo dicit Macrobius curiosissimus in loquēdo:⁊ recōditissime scientie in saturnalibus. Age Serui nō soluꝫ adulescētiū q̄ tibi equeui sunt:sed senū quoqꝫ omniū doctissimus.qd̄ tale est ac si dicas. Seruius adulescēs est omniū senū doctissimꝰ:vbi fit cōparatio inter multa diuersi gnīs:qꝛ seruius adulescēs nō est senex ergo ſm dicta oībus senibus doctior debuisset dicere:iam aliter dixit et videtur dignus:quē imitemur:ergo differētia cōparatiui ⁊ superlatiui est falsa. Respondeo. Macrobius inter classicos non est habendus:si Valle credimus.quis in dicta oratione errauit teste Valla:ponendo superlatiuum pro comparatiuo:licet alioqui in loquendo fuerit curiosissimus teste Valla.

Secūdo dicit Sene.episto.lxxxiiij. Inter bonos non est melior q̄ locupletior:nō magis q̄ inter duos quibus par scīetia regēdi gubernaculū est hic fit cōparatio bonoꝝ ad bonos:qui plures duobus sunt:⁊ tn̄ vtiẗ cōparatiuo qd̄ est contra Vallā qui diceret inter bonos nō est optimꝰ qui locupletissimus ¶ Rn̄deo Seneca vult comparationem esse inter duo s bonos solum, quorum alter dicto

est:q2 liber quē vidi h3 inter duos ꝛc.ꝛ subdit nō magis/ꝙ inter duos ꝛc.ꝛ ita re=
te vsus est ꝯparatiuo:ꝛ nō l3 fieret cōpatio inter duos solū:facile posset intelligi ab
latiu⁹ alijs vt sensus sit inter bonos nō est melioꝛ alijs ꝗ locupletioꝛ.ꝛ ita recte,con
patiuo vtimꝗ nō dicimus:hic est alioꝝ optim⁹:l3 alijs melioꝛ.q2 gtūs alioꝝ nō cōp
hendit rē excedentē.iō nō fit cōpatio inter ea ꝗ sūt eiusdē gñis.nā ꝯpationē fieri in
ter ea ꝗ sunt eiusdē gñis:nō est aliud vt ego sentio:nescio an solus ꝙ rē excedētē cō — Eiusdē generis esse.
tineri in casu cōpatiui vel suplatiui.Valla aūt semp intelligit q̃tiēs cōpatio fit ad
ea ꝗ sunt eiusdē gñis.ideo Nestor/Sulpiti⁹/Mācinell⁹/Ald⁹/Lācilotus.multa ri
dicule cōtra Vallā tela cōpararūt obtusissima:ꝛ penit⁹ irrita.Quint.Trasco pluri
mos/Lycurgū:aristogitona:ꝛ ꝯs priores iscum/antiphonē.Quid eschines? nōne
his latioꝛ ꝛ excelsioꝛ?putat hoc eē ꝯtra Vallā verbosus Lancilotus:nec est:q2 his res — Valla a mīta inepte rephēsus.
excessas tm̄ significat nō excedentē.iō nō est cōpatio inter ea ꝗ sunt eiusdē gñis:nō
magis ꝙ si dicas Penelope est castioꝛ soroꝛib⁹ suis.Ecce si dicā.Sū doctioꝛ his de
mōstrans per his aliquos de quoꝝ nūero nō sum:bñ dico:q2 his solū significat res
excessas at si p his me cū alijs monstrē:aut significē:male loquar:q2 iā p casum cō
patiui significat̃ excedēs ꝛ excessum:ꝛ hoc est cōpationē fieri inter ea ꝗ sunt eiusdez
gñis.iō dicendū fuerat/Sū hoꝝ doctissimus:q2 vn⁹ hoꝝ ꝛ plures sum⁹ ꝙ duo.Ci.
ad Petrū.Cognouim⁹ enī Cneū carbonē ꝛ eius fratrē Scurrā:ꝗs his improb⁹? non
est ꝯ Vallā:iō delyrat Lācilot⁹:vt neqꝫ illud Quint.Theopōpus ꝓdictꝫ minoꝛ.nec
illud Colu.li.vj.Nōnūꝙ etiā in olea vnius ram⁹ ceteris aliquāto letioꝛ est nisi re=
cideris arboꝛ fiet tota retorrida.nō ceteris nō cōtinet rē excessam. Jdeo nō iuste vr
mihi reprehēdi a Valla Lactātius dicēs.Oēs sibylle vnū deū predicāt maxime tñ
Erythrea ꝗ celebrioꝛ ꝛ nobilioꝛ inter ceteras hr̄.q2 nō potuit dicere saltē per gtīm
celeberrima ceterarū.quō tñ semel loqui vr̄ ipse Pli.xxxiij.nat.his.c.x.Ostrea cibis
tota nigra.ꝛ ceterarū fortissima vulneribus maxime vtilis:sed rarissimū loquendi
genus:rarissime scito imitandū.Quin.Pars rōnalis est quū ad examinationē dicē
di tāto ceteris vberioꝛ:ꝙto maioꝛe spū ꝯtra Vallā nō est/nec illud Sueton.in Gal.
Multo ꝓter ceteras altiorē.nec illud Curtij.Mare Caspiū dulcius ceteris.subaudi
maribus.nec illud Plinij de alabastrite.Nascit̃ circa Thebas egyptias:ꝛ Dama=
scum Syrie:hic ceteris candidioꝛ.Nec illud eiusdē de Pyramidibus.Tertia ꝓdi
ctis minoꝛ.Nec illud Virgilij.Pigmalion scelere ante alios immanioꝛ oēs.i.alijs — Ceterarū fortissima.
alijs immanioꝛ.nihil enī hec ꝛ similia sunt cōtra Vallā:q2 nō fit cōparatio inter ea
ꝗ sunt eiusdē gñis.i.ꝗ simul cōprehēdunt̃ in casu cōpatiui aut suplatiui nec qcꝙ est
aliud apud Vallā esse eiusdē gñis.vt apud Pli.xviij.Ordeū frugū olim nobilissimū
et solinū.Taurutius mathematicoꝝ nobilissim⁹.ꝛ Terē.hoīm hō stultissime.ꝛ in
multis alijs:ꝗ pueriliter ꝯtra Vallā affert Lācilot⁹ maioꝛe ferula dign⁹ ꝙ qua di=
gnabat̃ Vallā.nā ordeū est e numero frugū.Taurutius vnus fuit mathematicoꝝ.et
hoc est cōpationē fieri inter ea ꝗ sunt eiusdē gñis.Vlteri⁹ an fruges aut mathema=
tici inter se gñe distēt/nihil ad Vallā.Miroꝛ itaqꝫ idētidē nō sine risu Mancinelli/
Lāciloti:ꝛ pluriū temeritatē:tā studiose Vallā morsiculantiū hoīem de lingua lati — Valle laus.
na optime meritū per quē oēs latine didicim⁹ cuius plumis ingratissime cornicule
passim superbiunt ꝛ malūt in furto deprehendi ꝙ ꝓfiteri per quem profecerūt.

¶ Tertio dicit Statius.viij.theb. Sed pectora flectas:ꝛ me=
lioꝛ sis queso deis.Hic Amphiaraus orat Plutonē:vt sibi sit melioꝛ reliquis dijs
qui sinebant se a terra absorberi.hic fit cōparatio inter ea ꝗ sunt eiusdē generis:nā
Pluto deoꝝ vnus est ergo carpedus est Papinius:aut qḋ potius credendū est Val
la:fm quē diceret̃ optimus sis q̄so deoꝝ.¶ Rñdeo.nō fit cōparatio inter ea ꝗ sunt
eiusdē generis.quia teste doctissimo Badio subaudit̃ ablatiuus reliquis aut cete=
ris:vt sit sensus ꝛ melioꝛ sis queso ceteris deis.per hanc subtilitatē Radianam sol=
uuntur queciqꝫ Sulpi.Mācinel.Aldus.Lāci.ꝛc putarūt esse cōtra Vallā.Valeri⁹
Maximus.iiij.ca.xiij.Idē sensit Fabricius Licinus.honoꝛib⁹ ꝛ authoritate omni
ciue tēpoꝛibus suis maioꝛ.subauditur reliquo vt sit maioꝛ omni reliquo ciue.Oui
dius.ij.meta.de Herse virgine.Tanto virginibus prestātioꝛ omnibus Herse omni=
bus supple reliquis.Martialis.hic totu3 volo rideat libellus.Et si nequioꝛ omni=
bus libellis.subaudi reliquis.Plinius de Marmoꝛibus.Preciosissimi quidem ge=
neris Lacedemonium viride cunctisqꝫ hilarius scilicet reliquis.Leander.Ouidia=
nus.Tanto formosis foꝛmosioꝛ omnib⁹ illa est,subaudi reliquis aut ceteris.Virgi.

viij.ene. Mirabarq; duces teucros: mirabar & ipsum. Laomedontiadem: sed cunctis altior ibat Anchises.s.reliqs. Gel.lib.j. Hortensius olbus ferme oratoribus sue etatis nisi Mar. Tullio clarior.s.ceteris. Idē dices vbi in cōparatiuo sine casu intelligitur ceteris reliquis aut alijs. Apu.iij.de asino. vbi de tribus latronib⁹ inquit. Unus idēq; manu promptior & corpore vastior: his affectib⁹ ceteros incitabat. vastior supl. ceteris. Tit. Li.lib.j. Sextus filius eius q̄ minor ex tribus erat transfugit ex cōposito. Gabios.i.qui ex tribus erat ceteris minor. Capella de sophia v̄gine. Intemeratior cunctis pulchriorq; v̄ginibus subaudi ceteris. Pli.in panegyrico ad Traianum Maior oibus eras subaudi reliquis. Pli.de obeliscis. Diuus Claudius aliquot p anno asseruatū quē C.Cesar importauerat: omnibus que vnq̄ in mari visa sunt; mirabiliorem puteolis ex puluere edificatis perductū Hostiam: portus gratia mers. & omnibus subaudi reliquis vel alijs: ita ad similia respondebis.

Candidior ¶ Quarto. Dicit Martian⁹ Capella in philologia. Candidior
Atlantidū: Atlantidū Jouis cupressu pignorisq; culmine pfecta supuenit. hic cōparatiuus candidior regit gtm̄ Atlantidū: & fit cōparatio inter eiusdem generis plura duobus: qr inter septem Atlantides que pleiades sunt. ergo male dicit Ualla, cōparatiuū solum inter duo cōparationē exigere vbi gtm̄ regit, fm̄ quē debuisset dicere candidissima Atlantidū. ¶ Respōdeo. Martianus nō est tante authoritatis vt nō potius sit carpendus in hac cōstructione q̄ imitandus: presertim quū vetustiores: & longe eloquentiores a Ualla interim reprendant: ita nihil contra Uallam. Idem Martianus dixit ocinum mitior pro mitissima. Quū dixit Collu. de oliuis. Maior ad escā minor est oleo aptior. intelligitur ablatiuus alijs in vtroq; comparatiuo.

Maiora omnium. ¶ Quinto dicit Q. Curtius libr. viij. In oculis duo maiora om
*Curtius nium nauigia submersa sunt. hic cōparatiu⁹ regit gtm̄ partitionis vbi fit cōparatio in
Nō in om- ter plura, duobus. nō fm̄ Ualle p̄cepta dicendū fuerat maxima olm aut maiora ce-
nibus imi- teris. Sic apud eundē lib. vj. Cleander p̄ores eorū intromitti iubet: p p̄mos; eorū. g
tandus. p̄cepta Ualle nō sunt catholice vera. ¶ Rn̄deo. Licet Curtius facūdius scriptor fuerit: tn̄ Ualla nō putat eū in oibus imitandū esse. vt in perq̄. itaq; si Ualla aiaduer-
Fortior in- tisset p̄dictos locos: carpendos potius q̄ imitādos dixisset: & sane rariores sunt q̄
ter nos. quos imitari velim. Lācilot⁹ cōtra Uallā esse credit illō Quintiliani in gladiatore Qui inter nos vt apparet fortior fui: qd̄ cōtra Uallā non est: qr Ualla ait hoc recte. dici. vt inter nos in ablm̄ mutetur fortior nobis: nō in gtm̄ fortior nostrum.

Alaliū for- ¶ Sexto. Dicit Plini. xj. natu. hist. ca. xxxviij. Animalium for-
tiora. tiora quib⁹ sanguis crassior: sapientiora qbus tenuior: timidiora qbus minim⁹: at qbus nullus: hebetia. Hic cōparatiuus gtm̄ partitiōis hz facta cōparatione inter plura duob⁹ nec potes dicere Pliniū a Ualla carpēdū fuisse: si Ualla hec aiaduertisset
plinij laus qr Ualla Pliniū inter eloquētissimos semp habuit vtrūq; qd̄ ex duob⁹ locis p̄cipue ostendit: ex capite. xvij. lib. iij. vbi ait. Pro lege accipio quicqd magnis authoribus placuit. quorū in p̄mis est Plini⁹. loquit de eo q̄ naturalē historiā cōdidit. Et ex capite. xciij. eiusdē libri. vbi ait de memoriter teneo apud Pliniū tn̄ ad romulū lego. Tu facillime iudicabis quātā memoriter teneo. vt cū hac cōferre possis si recte sic scriptū est (inqt Ualla) recte sic dici iudicabo. ¶ Rn̄deo. dicta Ualle intelligunt vbi gtūs nō ponit abrupte p diuiso: qr cōpatiuis & suplatiuis cōtingit: & ponitur talis gtūs pene absolute p actō cū inter: & cū hoc gtō posset (vt opinor) cōparatiu⁹ ablm̄ habere sic. Animaliū fortiora alijs sunt quib⁹ sanguis crassior: sapientiora alijs qbus tenuior &c. sz is ablt̄us venusti⁹ subticet. Hāc excogitaui p Ualla euasionē, miror neminē ante me quantū scire potui hāc authoritatē Plinij cōtra Uallā aduocasse: nec eā quā mō subijciā. Pli. xj. ca. xxxix. Hoc exēplo libidinosiores hominū quoq; hirtos colligens. pōt hoc solui sil'r: aut holm cū hirtos ordinari: aut cōparatiuū libidinosiores capi positiue p valde libidinosos: & regere gtm̄ more positiui: vt & vulturū nigri: nō eni fit ad alios cōpatio. Ex qbus liquet Uallā optime sensisse: & frustra vitilitigatoribus carpi. Itaq; quoties fit cōpatio; ad ea q̄ sunt eiusdē gn̄is: cōpatiuo gtm̄ damus si fiat cōparatio inter duo: suplatiuo. si inter plura duobus. vt Aiacū fuit fortior Thelamonius. Hora. O maior iuuenū. duo fuere Pisones iuuenes. Sil'r cōpatiu⁹ erit: sed gtūs omittat: aut si ponatur casus in quē gtūs resoluit. Ouid. in perso

na. Medee que duos filios habuit. Quũ minor ex pueris iussus studioq; videdi. cõstitit ad gemine limina prima foris. Cesar ex duobus filiis maior. ideo dicim⁹ Maior Aiax: scȝ Oilei filius. minor Aiax. s. Thelamonius. Maior ꝛ minor Atrides ille Agamenon: hic menelaus. Maior Cato ꝛ minor. Maior ꝛ minor Scipio. de duobus Aphricanis. Maior Cyr⁹ ꝛ minor: siue ſupior ꝛ posterior. nã tps significam⁹ nõ dignitatẽ. De malis tñ nõ maior ꝛ minor dicim⁹: vt ſupior Dionysius: ꝛ Dionysius inferior. ꝗ numer⁹ quũ ſupat nõ p cõparatiuũ ſȝ p positiuũ aut ſuplatiuũ loqmur: vt magnus Alexander: magnus Põpe⁹/ Fabius maximus/ Valeri⁹ maxim⁹ hec etiã greci semp obseruãt. Nã ad vnũ sui gñis vtũtur cõparatiuo: ad plures ſuplatiuo: vbi hec locũ nõ hñt: adhuc necessario dant compatiuo gtm̃: qꝛ abltõ carent Ecclesiastici dant comparatiuo gtm̃ etiã vbi plura duobus sunt. vt maior discipulorũ: minor fratruȝ. nos maximus ꝛ minim⁹ dicem⁹. Qui vult inter vos maior esse sit vester minister: maior pro maximus dixit. Nũc manẽt fides/ spes/ charitas/ tria hec maior horũ est charitas, pro maximũ horũ: vel maxima harũ: vbi compatiuus inepte pro superlatiuo ponit: ꝛ inepte a gtõ discordat in gñe. Imitat⁹ autẽ est interpres grecos: vnde traduxit: nõ veteres illos e quibus grãmatica confirmatur (Lancilotus vndiq; studet doctissimo Laurentio obstrepere: nimis ridicule: qꝛ suã stultitiam centies prodit. Laurẽtium vix semel iuste carpit quot hinc patet vel maxime Illud fides/ spes/ charitas/ maior horum est charitas: latine dictum est vel Ciceronis exemplo (inqt Lãcilotus) qui in oratore ait. Virtus hȝ plures ptes: quarũ alia est ad laudationem aptior. Quid ais bone vir? an credis hec similia esse? at minime sunt. Nam apud Ciceronẽ gtũs quarum non regitur a comparatiuo aptior sed ab adiectiuo alia: ꝛ in aptior intelligitur ablatiuis reliquis: quoꝝ nihil põt in illo maior horum charitas. In codeȝ luto hesitat Mancinellus in illo Plini. lib. vij. ca. xl. Nullum omnium prestãtius ꝛc. vbi putat gtm̃ omnium regi a prestãtius quũ regatur a nullum. Itaq; nos comparatiuo demus ablatiuum vbicunq; inter ea que diuersi generis sunt fit comparatio: licet greci dant genitiuuȝ: quia multa aliter dicuntur a grecis: aliter a latinis vt in idiomatis ostendit Diomedes: ꝛ stultitia est ita grecissare vt latinitatem relinquas.

*Hec ex Valla decisa sunt.

Maior horum charitas.

An vter semper cõparatiuo dandũ et quis superlatiuo: vt voluisse videtur Valla?

Etiam. vbi fit comparatio inter ea que sunt eiusdẽ generis. vt vter horum est fortior? Quis est digitorum longissimus? Apud Ciceronẽ ꝛ Quintilianũ: aliter nõ memini inuenire: apd alios interim quis p vter reperiri. Lactãti⁹ in. ij. lib. institutionum. Vt possis dubitare, quos dicas potissimũ stultiores: illos ne qui falsam religionem suscipiunt an qui nullam. quos p vtros dixit: ꝛ si Laurẽtio credimus potissimũ p potius veluti apud eũdem in septimo. Vt ea ipse que dicerẽ nõ nostris: sed alioꝝ potissimũ lr̃is cõfirmare. Hoc loco Valla iniuste carpit Lactãtium in dictione potissimũ vt bene docet Lancilotus per potissimũ cũ hic nulla fit comparatio: sed per se pfertur: vt si dicas dico: natissime legit. Plini. ad Voconiũ. Quam curã tibi potissimũ iniũgo. i. ante ola vel precipue. Plura bñ adducit Lancilotus: quib⁹ supsedeo. Idẽ rursus pueriliter cõtra Vallã putat esse illud Ciceronis in. iij. de ora. Quid doctior illis: ꝛ in Bruto Quis olm doctior: quis acutior: quis in rebus inueniendis vel iudicãdis actior Aristotele fuit? qꝛ Valla intelligit compatiuum vter hñc dum tenet partitiue: ꝛ dũ nõ regit abltm̃ ne implicite, qdẽ. Qd addo pp ter illud Cice. in parti. Exoritur aliud in quoddã disputãdi gen⁹. Non eñ simpliciter solũ querit qd honestũ fit: qd vtile: qd equũ: sed etiã ex cõparatiõe: quid vtilius: quid honestius: qd equius: atq; etiã qd honestissimũ: qd vtilissimũ: qd equissimum: qd vtilius subaudi ceteris. Pli. lxix. Quid eñ venenoꝝ fertilius. subaudi illo est. Hec ꝛ multa alia ne quicq; cõtra Vallam collegit Lancilotus rectius. attulisset illud Persij. Quis potior iudex. Boe. ij. de cõso. quid earũ potius? aurũne? an vis cõgeste pecunie? quid. i. vtrũ. Idẽ in iiij. Quis horũ volẽti: or existimari põt? p vter loquitur eñ de duob⁹ scȝ ambulante pedibus: ꝛ ambulante manibus. Hec rariora sunt q̃ que imitari velim. Plau. in aulu. Vter vestroꝝ est celerior. i. vestrũ frequens sermo apud veteres. Quint. Ita non tm̃ vtrũ sit melius: sed qd sit optimũ queritur Iterum. Ex duob⁹ vter dignioꝝ: ex plurib⁹ quis dignissimus. Cice. Quum querere videtur orator. vtrum potius an quid potissimũ dicam⁹. tamẽ aliquãdo damus qd etiã cõparatiuo vt Valla testatur. Testimonia que ipse omisit nos supra posuimus.

Vter cõparatiuo dat Quis superlatiuo dat

*Quinti. Ita nõ tm̃ vtrũ sit melius sȝ qd optimũ qrit. Iterũ.

Ex duob⁹ vter dignior: ex pluribus qs dignissim⁹.

potissime pro potissimum Valla negat recte dici: sed male vt opinor. Cice. ij. de ofi. Non potissime confirmo: sic sepius apud eundem inuenies.

Potissimũ
Potissime
Prior.
Primus.

¶ Quomodo differunt prior & prim⁹? Vbi prior partitiue capi tur: semp inter duos tñ comparationẽ facit Primus inter plura duobus & aliqñ in ter duo tñ. vt vter fuit prior / Numa an pythagoras? Quis fuit Poetarũ primus? Exemplũ vbi primus de duobus tñ dr. Cice. ad Seruiũ. Duo quidẽ te nolatim ro go primũ vt si qd satisdãdũ erit ampli⁹ co nole nõ peti cures vt satisdẽ fide mea &c. Sueto. in aug. Ad modũ pristinũ & splendorẽ redegit duab⁹ lectionibus. prima ipo rũ. arbitratu quo vir virũ legit: scda suo & Agrippe. Sunt hec ɔtra. Vallã & Prisci

Superlatiuus inter duo.

nuz pluresq̃ vera vt t ñ[?] bñ notauit Lãcilot⁹. Idẽ nitit ostendere prior de pluribus q̃ duobus dici. Apulei⁹ flo. ij. hippias numero sophistaꝝ / & artiũ multitudine prior oibus: eloquẽtia nulli scds. sed non capit hic partitiue nec est vllo modo cõtra Val lam: qr prior oibus subaudit reliquis vt in multis q̃. cõtra Vallã putauit esse Lãci lotus grammaticus sane q̃ diligẽs: & pacutus nisi interim carpẽdi auiditate cecuti ret: vt quũ putat cõtra Vallã esse illud Cice. ad Brutũ de Segulio. Dij isti madefa ciant hominũ nequissimo oim qui sũt fuerẽt q̃ futuri sunt. Hic putat Lancilot⁹ esse comparationẽ inter ea q̃ diuersi gñis sunt: sed fallit: qr res excedẽs continet in casu suplatiui non copulatiue sed copulatim: vt cũ logicis loquar. & hoc sufficit ad esse eiusdẽ gñis: vt sepe dixi. Idem dicito de Catulliano illo ad Ciceronẽ Disertissime Romuli nepotum. Quot sunt quoq̃ fuere Marce Tullij: quotq̃ post alijs erunt in annis?

Suplatiui expositio.

¶ Superlatiuus quot modis exponitur? Duob⁹ Affirmatiue vt de⁹ est olz optimus. i. omni alio melior. & negatiue. vt es olm doctissimus. i. te nemo est doctior sic declaratur illud Maria peperit primogenitũ. i. ante quẽ nullum alium peperit non post quem alij fuerint. Nunc videamus que legitime gradui cuiq̃ aptantur

Quisq̃.
*Val. ca. xlj. lib. ele gã. Prisci. reprehendit q̃ scripse rit olm iu dicio ɔpro bat eruditissimoꝝ p eo q̃ eẽ de buit olm eruditorũ aut erudi tiorum.
Omnis
Cunct⁹
Strenuissim⁹ & pijssimus
Quisq̃ cũ positiuo aut cõpa ratiuo.

¶ Quisq̃ ois: cũctus quibus cõparationis gradib⁹ iungũtur? Quisq̃ suplatiuo eleganter datur & numero ordinali ois & cũctus positiuo & cõpa ratiuo vt pauperrimus quisq̃ cõtẽnitur. Tertio quoq̃ vbo loqueris barbare non omni tertio verbo Quarto quoq̃ anno est bissextus: nõ omni quarto anno. Omnis diues honorat Cunctus doctus irridetur. Petrus asportauit cuncta vtiliora. Quin tilian⁹. Rus: seruulos: penates: & ola vtiliora ꝑperãti festinatione parentis addixi Nec oportet superlatiuum in eodem poni casu: quia recte dicitur. Maximo quisq̃ animo diuitias despicit. valẽtissimi quisq̃ corporis longe abest a sapiẽtia. ¶ Quid si nomen suplatiuo Caret? Tum poteris positiuo dare omnis: vel quisq̃: teste Val la vt idoneus quisq̃ vel ois idoneus Strenuus superlatiuũ hz strenuissimus & pi⁹ pijssimus: licet Ciceroni barbarũ visum est. alij non abhorruerũt ideo Valla libenti⁹ diceret strenuissimus quisq̃ q̃ strenuus & pius quisq̃. Sallu. in Cato Nam stre nuissimus quisq̃ aut occiderat in prelio aut grauiter vulneratus discesserat. ita vi deo quosdam libros habere. i demq̃ fecit Valla. Curt. viij. O fidissimi pijssimiq̃ ciui um. apud Ausonium pijssimus frequens est: sed afferamus politioris testimoniũ. Titus Liuius quinto ab vrbe Pijssime tum apparari poterat pli. xviij. ca. xv. For tissimi viri: & milites strenuissimi agricolis gignũtur. Tacit. Bellũ etiã ab ignauis strenuissimi cuiusq̃ periculo geri. i. gerebat. Apul. in. xj. Pijssimi sacroꝝ arcanis. Gellius. iij. ca. vij. In exercitu viros habuit strenuissimus. ¶ Singularis quisq̃: qr superlatiuo caret singularis vt vnicus & vnus. Quisq̃ caret gtõ plurali. ideo dici mus optimi, cuiusq̃ animus pro omniũ bonoꝝ animus Debet autem quisq̃ post poni nisi precederet vt, vel quo &c. veluti: vt quisq̃ ditissimus est ita maxime hono ratur. ¶ Inuenitur ne quisq̃ cum positiuo: & cõparatiuo? Etiã si minus elegãter teste, Valla Vegetius Honestiores quiq̃ milites Lactantius de opificio. Placidio ra queq̃ animalia. Tacitus. Vt quisq̃ vitellio fidus: ita pacẽ: & cõditiones abnue bant. Justinus. lib. j. Cognitione queq̃ digna excerpsi. Boeti. j. de cõso. Sceleratus quisq̃. Idem Flagitiosum quemq̃. & scudo curtius. Quisq̃ infandus. Tacit. Inua lidus quisq̃ obtritus, Suetonius de Othone. Ferebatur vagari noctibus solitus: Atq̃ inualidum queq̃ obuioꝝ: vel poculentũ corripere ac distracto sago impositũ in sublime iactare. Tacitus. Certatim vt q̃sq̃ aio ignauus. Suplatiu⁹ igit assiscit sibi quisq̃ eleganter. qd tamẽ qui positiuo iunxerit non inepte loq̃ censebit si modo id parce fecerit. ¶ Estne qñ quisq̃ cõparatiuo elegãter iungitur? Etiã. vt si compa ratiuus habeat quo vel quãto, Quin. ij. Erit ergo etiam obscurior quo q̃sq̃ deterior

plinius ad tacitum. Ita bonus liber quisq; melior est quo maior. Seneca in libro de ira Isto modo quo melior quisq; hoc iracūdior erit quō.i. quāto: hoc vel eo.i. tā to lepide dictiuncule. In codē. Non vis admoneā quo diligētior quisq; sit ipse circūspiciat Cice. p Roscio. Jam quo quisq; est solertior/ingeniosior/hoc docet iracūdius & laboriosius. Priscianus dixit. Oim iudicio eruditissimoꝝ. Ualla nō iniuria maluisset dicere eruditissimi cuiusq; in iudicio. ita enim sepius loquūtur politissimi nec tñ barbare locutus est Priscian⁹ Ter. in Eunu. Quem infra ego oēs infimos puto esse hoies. Cice. ad Treb. Qui fuisti cū in oi gradu amplissimo dignissimus tū facile ordinis tui certe princeps. notauit hoc Lācilot⁹ ɔtra Uallā, Redeo ad ordinalia. Cice. pro Rabirio. Tertio quoq; ṽbo excitabaṫ: rustic⁹ diceret ol tertio ṽbo Quinquagesimo quoq; anno Judei agūt iubileū. decimā quāq; ouem tibi dabo. i. ex decē vndiq; vnā q̄cūq; sit illa. ¶ Quisq; etiam post ponitur quotus interrogatiue nūeri ordinalis: & tum locū. hʒ cū q̄sq;. quū significare volumus q̄dpiā a nullo aut a paucissimis fieri: vt quot⁹ q̄sq; hoc diceret? q. d. aut nulli aut paucissimi: sic q̄tus q̄sq; diues superbia vacat. i. quot diuites supbia vacāt? capiṫ quot⁹ p:o quot. Oui. de arte. Forma dei munus: forma quota'queq; superbit? q. d. rara aut nulla. Cur. v. Quota pars nostri tot obire terras potest. quasi dicat rara aut nulla: & capiṫ hic quotus p quot sine quisq;. Idē in septimo. Quoto cuiq; lorica est. Martialis. Dic quotus es? quāti cupias cenare? nec vnū addideris ṽbū: mensa parata tibi est: id est dic q̄t estis? Quotus vis cenare? volo tertius cenare. i. volumus tres cenare. Unusquisq; cui gradui iungitur? positiuo. vt vnusquisq; doctus. Quia vnum vim quandam ac naturam superlatiui obtinet: ideo non facile patitur superlatiuum inquit Ualla. Notanter inquit: non facile quia sciuit reperiri cuʒ superlatiuo, licet perraro & minus elegāter. Ualerius maximus lib. i. ij. cap̄. iij. de fabricio. Cēsu par vnicuiq; pauperrimo. Badius excusat: quia credit subaudiri etiam: sic Censu par vnicuiq; etiam pauperrimo: & ita superlatiuum non adherebit vnicuiq;.

Quisq; cōpatiuo q̄ apte quadrat.
* Quidaʒ tñ Sallustiani codices habent strenuissimus q̄sq; Authore Ualla.
Ols cū superlatiuo
Quotus
Qu.iq;
Unusq̄sq;

¶ Ut & ita quibus gradibus dantur: semper similibus: & potissimum suplatiuis. Quin. Quod vt longe optimū ita difficillimū. Idem. Non vt q̄cq; primum dicendum: ita primū occurrit. Cice. Ut eñ quisq; optime dixit: ita maxime dicēdi difficultatē variosq; euentus orōnis expectationēq; hoim pertimescit. Idē in orat. vt quisq; optime grece sciret ita esse nequissimuʒ. hic quisq; bene preponiṫ superlatiuo: alioqui postponendū. Eundem sensum faciūt tā & q̄. Uarro lib. ij. de canibus loquēs. q̄ paucissimos relinques tam optimi in alendo fit. Cato in re rustica. q̄ acerbissima olea erit dum oleum facies: tam oleū optimū erit. In habentibus vim superlatiuā omittim⁹ superlatiuū. Cice. in Catone maiore. Ut q̄sq; etate antecedit ita sententie pncipatū obtinet. Hac rōne dicimus lʒ in primis doctus non in primis doctissim⁹ ne duas res suplationē hñtes coniūgamus. Idem sentio (inq̄t Ualla) de inter primos cum primis: que positiuū volūt licet Sallu. (si modo codex nō sit mēdosus) aliter dixerit. At sane q̄d difficillimū est) in pmis & prelio strenuissimus erat & bonis cōsilio Similia his sunt. In paucis: cū paucis: inter paucos: sup oēs: añ alios: pter ceteros. Sed hec & si positiuo frequēti⁹ gaudeāt: tñ nōnūq; patiūtur suplatiuū: añ alios & pter ceteros etiā cōparatiuū. Pli. li. xxvj. de vsu absinthij: Cōuenit dicere herbe facillime atq; inter paucas vtilissime. Uer. in. vij. Petit ante alios pulcherrimus oēs Turnus auis atauisq; potēs. Idem in pmo. Pygmalion scelere ante alios immanior oēs. Sue. in gal. Preter ceteras altiorem: & dealbataʒ crucē statui iussit. ¶ Contra elegantiaʒ de vt & ita peccauit Donat⁹ dicēs in Eunu. Terentij. Ut quisq; miser est ita senior videtur. vbi non apte satis dedit quisq; positiuo & ineptus confusionē fecit ex positiuo & comparatiuo. hec igitur oratio Donati sic corrigēda est: vt quisq; maxime miser est ita maxime senex videtur: aut vt q̄sq; miserrimus est. ita annosissimus videtur. Aut vt quisq; miserrimus est ita maxime senex videtur. Aut per comparatiuuʒ sic. Quo quisq; miserior eo senior videṫ. Aut quo q̄sq; magis miser hoc magis senex videtur. Naʒ simili modo doctissimi loquūtur. Quin. Quo q̄sq; ingenio min⁹ valet hoc se magis attollere ac dilatare conatur. Calepinus cupit Ualle obstrepere. Ut itaq;. Licet quidā preceperint in hac iūctura ita et vt semel respōdere gradus. Ouidius tñ libro hero. dixit. Ut ferus est multo q; suis truculētior curis Spectasset siccis vulnera nostra genis. nō eñ siccioribus dixit sʒ ɔtra Uallā nō est: q; abest ita: nec fit cōpatio qualis apud Uallā. Justi. tñ sue

Ut ita;
Tam q̄
In primis
inter pmos &
Inter paucos.
Ante alios
Preter ceteros.
Ut quisq; miser est ita senior videtur
Calepin⁹ indocte obstrepit valle.

Trogus (inquit Valla) superlatiuũ cum comparatiuo miscuit inquiens lib. xi. Locupletissimus vt quisq; est: ita plures equites in bello suo regi prebet. Ego dicerem (inquit Valla) plurimos. quũ et ita ab illo scriptum fuisse suspicari libet.

Vt locupletissim⁹ ita⁹ plures

dies edita. Ego puto mēdā esse Hermolai annotatione dignam. Infra ꝓ intra. Augustinus de petri cathedra. Quū infra quadragesime dies hec solennitas venerit vitio librarioꝝ male legitur infra ꝓ intra: sic apud Boetiū in .j. de conso Editi it vel nisi infra prescriptū diem a Rauēna v:be discederēt per notas insigniti frontibus pellerent. Badi. ait. legendū est intra: vel infra ꝓ ante. q. d si aliter accipias nō erit imitādū. Ideo: inepte dicit Pseudo curtius. Sperant infallibiliter deditionez infra mensam. Idem. Si infra .xij. calēdas Octobris: sic adhuc sepius. Et ꝗuis excusa ui vt infra ꝓ ante caperet nollem tamē sic loqui: sed libentius dicerē ante vel citra Infra nunꝗ aduerbiascit: qꝛ dicimus intus vel intro. ¶ Infra locū significat: vt in fra tectū: et ad dignitatem refertur. vt infra dignitatē meā est. i. minus ꝗ dignitatez meā decet: sic infra nobilitatē: magistratū ⁊c. Terenti. in eunu. Ego te esse infra oēs infimos puto. i. inter vilissimos vilissimum aliqñ aduerbiascit vt sedemus tu supra ego infra. In fra horā reuertar maledici pȝ ltra. ¶ Iuxta. i. apō: ppe. Plau. Iuxta te sum: tu pte tucaris oportet itē iuxta. i. simul. Uarro. Quū interea lu cubiando fa ceret iuxta ancillas. i. lanā vna cū ancillis. Fit aduerbiū ⁊ in sacris dtm̄ hȝ: vt iuxta est dñs oībus inuocātibus eum. i. ppe. Apud eloquentissimos iuxta aduerbium significat similiter eque eodez modo. Plau. in Aulu. Dixi tibi mater: iuxta mecū rē tenes. i. tam bene scis ꝗ ego. Sal. in Cati. Cūcti sue hostiūꝗ vite iuxta pepercerāt Dtūs regitur a verbo pepercerāt non a iuxta: vt minus bene credit Thessaliensis Sal. in iugur. Hyemē atꝗ estatem iuxta pati. Et cati. Eorum ego v. tam mortemꝗ iuxta existimo: qm̄ de vtraꝗ siletur. Plinius libro natura. histo. vj. cap. iij. Capillus iuxta feminis virisꝗ in probo estimatur. Ornata est hec locutio: ⁊ diligenter notāda. Iuxta pro apud doctissimi etiam aduerbialiter vtuntur. Mela. Iuxta thyrsage te turceꝗ vastas syluas occupant. Hinc iuxtim aduerbium. i. prope Suetonius in Tybe. Assidebatꝗ iuxtim vel ex aduerso in parte primori. Perottus iuxta credit a iustus dici ⁊ debere recte iusta scribi per st. vt iustus. ¶ Ob: id est per vel pro aut propter: vt ob virtutē te amo. Et ad. Ennius. Ob Romani noctu legiōes ducere Cicero peto. Cuius ab os grati ora aduertebant sua. Et ante Liuius tertie decadis libro. viij. Feda mors ob oculos erat. In compositiōe modo contra significat vt oppono. aliqñ circuz: vt obambulo. Et ad. vt abeo ⁊ cetera. ¶ Pone. i. post. vt pone nos recede: ait Plautus in penulo. Nebrissensis putat solum aduerbium esse admirās Donatum prepositiōibus annumerasse. Ego vehemēter miror: Nebrissensem tam excellentis ingenij virum hoc scripsisse quum pone prepositio sit apud doctissimos non semel aut bis sed persepe. Plau. in penu. Faciunt succurre quod consueuerunt pone sese homines locāt. Et alibi. Et tu pro virgo: nequeo quod pone me est seruare Idem pone edem castoris. Sueto. in tyb. rio. Capillo pone occipitium summissiore: vt ceruicem etiā obtegeret. Idē in Nerone. Pone verticē. Et in Domit. Domitianum fuerūt scemi asse gibbā sibi pone ceruicē aureā enatā. Taci. Tuta pone tergū achaia. Idem Florentissimus pone tergum municipis. Idem. Uicte tergum pone manus. Idem. Re petit pone tergum e primoribus Egyptiorū noie Basilidez. Titus Liuius .xiij. decadis. Pone castra vtrinꝗ pabulatum ⁊ lignatum ibant. Apuleius. ij. de Asino. Pone ipsum lectulū editiorem quendā lapidē insistēs cuncta curiosis oculis arbitrabar. sic idem alibi sepissime. Plini. iiij. natu. histo. capi. xij. Pone eos montes vltraꝗ aquilonē gens felix (si credimus) quos hyperboreos appellauere annoso degit euo. Papi. ix. the. Ausus erat furto dexteram iniectare Leontꝰ pone viros atꝗ arma latens. Sepissime pone aduerbium est pro a tergo aut post. Uergi. pone subit coniūx: ferimur per opaca locorum. ¶ Per primo conuenit loco: vt per forum ambulo. ¶ Scdo tempori: vt apud Cice. lib. vij. ad Atti. Tenuisti prouinciā per decem annos. ¶ Tertio persone. Uer. Per medios ruit ac morietes nole clamat. ¶ Quarto iurandi est. vt per deū. Ouid. Perꝗ nouē iuro numina nr̄a deas. In hoc verbo perpulchre subauditur, vt in nauigo et verro. veluti iuro solez: verro terram. nauigo equor. Author Seruius in illud Uergilij ene. j. Gēs inimica mihi thyrrenū nauigat equor Idē li. xij. Hec eadē Enea terrā mare sydera iuro. ¶ Quinto obtestandi ⁊ deprecādi est. Uergi. Per te per qui te talē genuere parētes. ¶ Sexto intercessorē significat. vt Id per amicos obtinui. Cice. Quo per me certior fias. i. me operante. Per te viuo. i. te auspice ⁊ tuo auxilio. ¶ Septimo cām significat vt per te stetit quo minus pfecerim. i. tu in cā fuisti. ⁊ elegāter nunc loquimur. Per me nō stetit quo minus doctior euaseris. Cor. Ta. de ora. Nolo Coruinū insequi: qꝛ per ipm

*Nebris. dicit intra forte arctꝰ significare ꝗ in Cice. ꝓ test. Antiochū magn(us) forces nr̄i in tra mōtem thaurū regnare iusse runt.

Infra.

Iuxta.

Uergi. hūilis volat ca quora iuxta.

Iuxtim

Ob.

Pone.

Per capitis medis;

non stetit quo minus exprimeret. ¶ Octauo particula est separandi excludendiq; vt per me notaui. Mart. Hoc p me didici dicere. ¶ Cesar aue. Fa. Precepta citra exercitationem per se nihil prosunt. i. sola. Cato in re rustica. Cōterito in mortario per se vtrūq;. i. separatim vtrunq;. ¶ Nono significat inter. Uer. i. geor. Circum perque duas in morē fluminis arctos. i. inter duas teste Nebricensi. ¶ Decimo significat in: teste Lanciloto vt per agros crescit herba: & est elegantia vt ait. ¶ Undecimo simulandi vim habet vt per cām per speciē. i. simulate. Tit. Li. iiij. Ut quū appropiquaret ianue rex per causam aliquā in angustijs sustineret a tergo agmen. Idem. Hi prīusq; aliqd mouerēt colloquendū cū hannibale rati nocte per speciem venandi vrbē egressi ad eū pficiscuntur. Hos notaui modos de per extra compositionem: inueniet diligentior plures: neq; inuideo. ¶ Per in ɔpositione varie significat. Primo per. i. valde vt perdoct⁹: perplacet: percupio. In quibusdā p per vtimur pre: vt preduces: predulcis: prefugio: preclar⁹: predurus: precultus: prelongus: preferox: pcupidus: pualens: pprosper: plaut⁹: ppinguis. prealt⁹ &c. ¶ Scdo significat trās vl' p medīū: vt pfluo: pluceo: aut pelluceo: pspicuū: pcui⁹ mediū videm⁹ vt chrystall⁹ ¶ Tertio perfectionem significat. Lactantius Si legit perlegat. i. vsq; ad finem legat. Cice. Nūcius qui lras accepit nō pertalit. Sene. Leue est miseria sferre: pferre: graue. Marti. Nā vigilare leue est: puigilare graue. ¶ Agit reum q accusat pagit qui ɔuincit: multi suadēt. pauci psuadēt. i. suadēdo credere et qd consulit agere cogunt. Idem facit aliqñ ex vt oro exoro. Persequor capit in bonū & in malū. ¶ Quarto pernegat: vt pfidus: piurus qui fidem & iusiurandū fregit. ¶ Quinto significat nimis vehemēter: vt ptinax q nimis tenax est: dur⁹ & inexorabilis: & sepe in malū capitur: vt pdo pereo &c. ¶ Prope. i. apud iuxta: vt ppe te sz eo: fit aduerbiū vt ppe est exercit⁹ & significat sepe fere. vt ppe cecidi. Cōpositionē ingredit: vt ppediē. i. cito quasi ppe est dies qñ hoc fiet. Ter. Et illā tibi saluū affuturū esse hic ɔfido ppediez: ppemodū. i. fere pene quasi ppe mensurā. De ppe aliqñ legit. ¶ Propter prio causam innuit: vt ppter te hec patior. ¶ Scdo significat ppe & iuxta tam in psa quā in carmine. Uerg. Et viridi in cāpo tēplū de marmore ponā ppter aquā. Ter. in adel. Nimiuz isthoc abisti: ppter hūc assiste. preposito est nō aduerbiū ɔtra Calepinū. Cic. in. ij. rheto. Fluuius eurotas is qui ppter Lacedemonē fluit. Idez in pisonē Mihi hic vir clarissimus qui ppter te sedet. Gelli⁹. xxix. cap. iiij. Propter ignez diutius stetit. Apul. viij. meta Ignem propter assidens. Audeto ergo puer hoc loquendi modo: vt per elegantiv vti citra affectationē tamē. Propter compositionem ingreditur: vt ppterea quapropter. &c. ¶ Scdm primo significat iuxta: vt scdz fores cubat canis Nam qd scdo loco est prope est. Ser. Sul. Duo vulnera accepisse vnuz in stomacho: alterum in capite scdm aurez. ¶ Secūdo: scdz. i. post quasi scdo loco. Cice. Proxime autem secundū deos: homines hoibus maxime vtiles esse possunt. sic Secundum deum te maxime diligo. ¶ Tertio significat pro: vt scdm te litez do. Gelli⁹ Secundū me lis data fuerit. ¶ Quarto significat in: vt scdm quietem videbar mihi tecum disputare. i. in quietez vel in sopno. Suet. in augu. Affirmauit ipm esse cui⁹ ymago secundum quietē sibi obseruata sit. ¶ Quinto significat super. Salusti. in Iugur. Secundum ea vti deliberetis vere. ¶ Sexto ad emulationem vt secundum Franciscum viuo. i. similiter Francisco: emulando eum pro viribus. ¶ Septimo significat iuxta sententiam: vt secundum Solonem ante mortem beatus dicendus est nemo. i. iuxta sententiam Solonis. Fit aduerbiū secundum pro post. Plaut⁹. in Amphi. Age tu: secundum sequor. ¶ Post. vide ante. ¶ Trans. idest vltra: & tā motus q̄ quietis verbo datur contra quosdam. Horatius. Celum non animum mutāt qui trans mare currunt. Vergi. in geor. Illas ducit amor trans gargara: transq; sonantem Ascanium. Quintilianus de pastu cadauerum. Ergo vt vidimus salutē publicam trans mare petendaz. Ingreditur plerunq; compositionem: vt transeo: Amittit n s in trado: traduco. traijcio. trano. Ueteres tamen transdo: transduco dixere: quia transduco legi in Cicerone: & transdo in Terentio. Contra: nunc dicimus: tranmitto. translatum: transpono. Ueteres teste Donato: tramitto tralatum &c. dixere Et ipse apud Ciceronem legi: tramittebam tralatituz.

¶ Ultra prepositio est vt vltra Ethiopiam. Ultra Sauromatas fugere hinc libet. ¶ Et aduerbium. vt quid vltra faciaz nescio. i. plus. Ultraq;. i. plusq;. Ultra famam idest plusq; homines opinantur.

Per in cōpositiōe capitur modis quinq;

✱ Plaut⁹ ita is pellucet quasi laterna punica.

Per agere reum.

Prope.

Propter

Scdm capitur. vij. modis

Trans.

Ultra.

Ueteres ulls dicebant q̄ particula qm̄etra gno sonitu obscuri s pmebatur addita est sillaba tradicioq; eorum est vltra.

¶ Supra ꝓpositio est. Uer. Olli ceruleus supra caput astitit imber. Aliqñ significat Supra.
vltra. vt supra morē: supra modū: supra iustū. i. plusq̄ iustū est. Uerg. ij. Georg. Rara
sit an supra morē sit dēsa requiras. Ueteres supa: ⁊ infera dixere: ꝓ supra ⁊ infra.
Cic. in ara. Huic supra duplices humeros affixa videt̄ Stella micans. Tres supra
viginti. i. viginti tres. Ceciderunt in bello supra duo milia hoim. i. plusq̄. Sepe ad-
uerbiascit. vt ego infra sedeo: tu supra diligo te supra q̄ cuiq̄ est credibile. i. plusq̄.
Sallu. Corpus patiens inedie algoris ⁊ vigilie supra q̄ cuiq̄ credibile est. Supra
⁊ super fiūt a greca prepōne hyper: aspiratione in s versa ⁊ y in u sit sup. hinc supra
sic ab hypn⁹. i. sopnus fieret supnus: sed u aliqñ in o vertit̄: Hinc dicimus sopn⁹ per
p sine m. nō somnus nec sopnus. si recte scribere velim⁹. Greco vtit̄ Martia. d iecus.
Hypne: quid expectas ⁊c. Habui hoc primū ex Philelpho deinde ex Gellio lib. xiij. Sopnum Gel. locus
capi. ix. dicēte. Qd item illi hypnos: nos pmo sypnus: deinde per y grece latineq̄
o litere cognationē: sopnus. Male vulgo imprimitur in Gellio Symnus somnus:
ꝓ sypnus sopnus. ¶ Quō differūt sup ⁊ supra? Super significat contiguū: supra ve
ro nō: vt sedeo sup lapidē: volat supra me auis. Eodē modo differūt infra, ⁊ subter
Nā subter significat contiguū: infra vero nō. Seruatur ne semper differētia? Non
semper. sed sepissime. Augustinus lib. vi. cōfess. Nec ita erat super mentē meā: sicut Supra ex
oleum super aquam: nec sicut celum super terrā mallem dicere celum supra terrā. sup dr̄ne,
Liui. lib. xliiij. Ubi circa muros supra subterq̄ terrā. per dies. xx. pugnatum est. Infra.
¶ Preter primo exceptionē significat. vt nullū timeo preter deū. i. excepto deo Gel. Subter.
xvij. ca. xxi. Galli Romā preter capitolium ceperūt. i. totā Romā excepto capitolio
sic recte vbi de toto integrali loquimur: ⁊ partem excepimus: loquimur: nec oportebit
addere totū: aut signū vniuersale: vt domus mea ꝑter cubiculū meū cōbusta est vbi Preter.
de toto integrali: non loqueris: addito signo vniuersali. vt omne animal preter ho- * Preter
minem brutū est: preter patrē neminē vereor: male autē homo preter Joannē am- in cōpositi
bulat. Scdo significat vltra. Quinti. Multa erant ꝑter hec q̄ obijci merito potuis- one (vt ait
sent. Pli. lib. x. Preter hominē sopniare equos/canes/boues/pecora/capras: palā Nebri) si-
est. Mittā aurū preter argentū. i. ⁊ argentū. Tertio significat ante. Cice. in ver. p re- gnificat p
ter oculos soli ferebāt. Quarto significat cōtra. Teren. in and. Preter ciuiū morem ve vt ꝑter-
atq̄ legē. sic preter rōnē ⁊c. Quinto significat sine: ⁊ inuenitur cū abltō. Sallu. apud fluo in ap-
Prisciā. lib. xviij. Preter rerū capitaliū condēnatis. Pli. etiā abltm̄ dedit huic ꝓpo positiōe ve
sitioni lib. xxiiij. ca. xi. Aduersat̄ venenis: ⁊ venenatis ꝑter anguibus. i. exceptis an ro, signifi-
guibus. preter spem: ꝑter opinionē. i. insperato inopinato. Ingredit̄ cōpositionē: vt cat magis
pretereo: ꝑterq̄. i. ꝑter: sed aduerbiū est cōiungēs similes casus. vt ꝑter q̄ deus timen extra cape
dus est nemo: aut ꝑter deū timēdus est nemo Hora. Graijs ingeniū graije dedit ore
rotundo Musa loqui preter laudē nullius auaris. Dicimus bene ꝑterq̄ q. i. nisi q
Pli. Omnia nobis ex voto successerūt: preterq̄ q in itinere defunctā matrem audi
uim⁹ Preter propter. i. ꝑter aliud q̄ ꝓpter id de quo loquimur: vt ꝑter propter vir
tutem acquirendā monachus efficeris. Ennius apud Gel. lib. xix. ca. x. ꝑter propter
vitam viuit̄. i. ꝓpter aliud q̄ ꝓpter vitā vtpote voluptatē aut gloriā ⁊c. Licet is lo Preterq̄
quendi modus sit perq̄ vetus: tamen elegantiam affert: si parce vtaris.

¶ Circiter vide circa.

preter pro
pter.

¶ Usq̄ innuit cōtinuationē ⁊ finē actus: puta loci/tpis/⁊ hmōi. vt vsq̄ noctē vsq̄
romā. Uel postponit̄: vt Romā vsq̄. Cū noībus vrbiū: ⁊ pagoꝝ ⁊ rus: dom⁹ sepius
sine alia prepōne ponit̄. aliqñ etiā cū alia ꝓpositione: ⁊ sic est aduerbiū. Cic. p De
iota. Usq̄ ad numantiā misit. Sepe ponitur cū alia prepōne: ⁊ frequēter postpon
tur. Apul. Jam ad vsq̄ amnē puenerамus. Uerg. Usq̄ sub extremū brume intracta Usq̄
bilis imber. Terē. Ex Ethiopia est vsq̄ hec. Uer. xi. Protei menelaus ad vsq̄ colū
nas Exulat. Itē vsq̄ aduerbiū. i. cōtinuo/diu/multū/assidue/semp. Plau. in Stich.
Ualuistin vsq̄? Tibul. Uera cano sic vsq̄ sacras innoxia laurus Uescar ⁊ eternum
sit mihi virginitas. hic vescar actm̄ hz. Uer. li. vi. Nec vidisse semel satis est: iuuat vs
q̄ morari. Aliquādo significat ꝓpe. Terē. in adel. Me pugnis miserū ⁊ istam psal-
triam vsq̄ occidit. Usq̄ antehac. i. anteq̄ teste Donato. Teren. in and. Ut animus
in spe: atq̄ in timore vsq̄ ante hac attentus fuit. Usq̄ quo. i. q̄ longe: q̄diu. vt vsq̄
quo ebria eris? Usq̄ quaque passim: assidue: semper. Cice. trebatio. Usq̄ quaq̄ sape
re oportet. Usq̄ eo. Usq̄ adeo: intantum. Cice. Usq̄ eo: vt miserere eius.
¶ Secus. i. prope. vt cecus sedebat secus viā. Caper antiquus grāmaticus negat Secus.

* Passus Nō secus ac si oculo rubricā dirigat: vt. o Ver. haud secus accē so gliscit violētia turno. Vergil. ab ioue p̄ncipiū muse Jouis oīa plena: Ibi dē. Hinc tibi que sē per vicino ab limite sepes.

Secus: Versus. A/ab/abs A capitur modis. xij.

recte dici. secus te sedeo: q2 dicendū est: inquit: sm te sedeo. Ego opinor etiā recte dici. Secus te Pli. lib. xxiij. ca. xv. Nascit secus fluuios solio populi sed ampliore. Secus aduerbiū. i. aliter. Verg. Haud. secus Androgeus vsu tremefactus abibat. Secus. i. min⁹. Apul. Nec eo secius approbabit tibi nūc etiā firmitas animi mei significat etiā tardi⁹. Actius. Si forte paulo ꝙ veniā secius. Penes vide apō. ❡ Vers⁹ semper postponit. plau. Ego portū versus pergam ⁊ perquiram quē si nō inuenero: domū versus reuertar. Cice. Arctium versus. Sallu. Egyptū versus. Jūgitur interim alia prepositio: ⁊ sic aduerbium efficitur: vt ad occidētem versus. Cicero in Lelio. Is primum in forum versus instituit agere cum populo.

❡ Prepositiones ablatiui casus.

❡ A/ab/abs/idē significāt. Est ne aliqua in constructione differentia? Etiā. nā a solū consonantibus iūgit: vt a Petro: a domo. Ab vocalibus: ⁊ quibuscunq3 cōsonātibus ornatus tamen i conson ti: ⁊ liquidis l ⁊ r. Abs rarissime vtimur: ⁊ vix aliter ꝙ ante q ⁊ t. vt ab andria. ab duce: ab ioue: ab lege: ab rege. abs Quinto: abs Tito. Da aut hortatē vbi ab iungit alijs consonantibus ꝙ i l r. Cice. Ab socijs: ab natura ab dijs. similia apud eundē plura inuenies. Titus Liuius in diuersis locis hec ponit. Ab Titio/ab dijs/ab simili/ab/nuncio/ab creditore/ab fallaci/ab plebe/ab quatuor: a principibus/⁊ alia his similia sepissime. Cesar in com. Consilio probato ab ducibus. Idē3 dicit ab nouissimis ⁊ similia per omnes fere consonantes Plau. in asina Da puere a summo. sic alibi multa per omnes fere consonantes: adeo parū iuste in hac re carpit Valla Raudensem ❡ A/ab/abs. Primo significāt personam agentem. vt percutior a preceptore: defendor ab auo: osculor abs te: audeni a Petro ⁊c. ❡ Secundo motum de loco significant vt a summo ad imum descendisti.

❡ Tertio significāt post. Persi⁹. O Jane a tergo: quē nulla ciconia pinsit. i. post tergum. Plini. Virus equi a coitu statim collectum. i. statim post coitum. Sueto. in Cesare. Plebs statim a funere ad domū Bruti ⁊ Cassij cū facibus tetendit. i. post celebratas exequias. Idem in Tyberio a cōmeatu castra repetentes. sic a partu: a consulatu: a nuptijs ⁊c. i. post partum ⁊c. cum magno ornatu dicūtur. ❡ Quarto significant de. Teren. A villa mercennarium vidi. i. de villa. ❡ Quinto exponunt per ꝙ. Apl's. Existimo me nihil minus fecisse a magnis apostolis. Et paulopost. Nihil minus feci ab ijs qui sunt supra modum. aplī. i. ꝙ magni apostoli: ꝙ ij. Sexto significant ꝙ pro vel propter: vt veh mundo a scandalis. ❡ Septimo significant pro: vbi defensionis vim habent. Cicero in Bruto. M. Celius talis tribunus fuit: vt nemo contra ciuium perditoꝝ popularem turbulentāq3 dementiā a senatu: ⁊ a bonorum causa steterit constantius. i. pro partibus senatus: pro partibus bonoꝝ. ❡ Octauo significant preesse. vt ab epistolas: a rōnib⁹: a libellis. i. qui preest epistolis: rōnibus libellis. sic a studijs: a secretis: a batis: qui preest mensuris. Batus vasis genus est. A punctis qui preest redditibus aquarioꝝ: a voluptatibus ⁊c. de quibus multa bene dicit Calepinus: ⁊ ego in heteroclitis de his disputaui. ❡ Nono possessiui locu3 sumunt. Teren. in and. Dic clare a vobis est idest vester est. ❡ Decimo significant contra. Verg. Defendo a frigore myrtos. ❡ Undecimo significāt ex. Teren. in Heaut. Ab sese suā voluptatem ⁊ expleat. i. sese. ❡ Duodecimo significant cessationem: vt ocium est a bello. i. nō bellatur. Vaco ab opere. i. sum ociosus: Ab re. i. preter rem hoc est indecens/inutile. Suet. in aug. Et qm̄ hoc ventū est nō abre fuerit subtexere id est nō incōueniens: aut nō inutile. Liui. Haud re duxi. Teren. in heau. Tm̄ ne ab re tua ocij tibi aliena vt cures. que nihil ad te attinēt. i. tm̄ ne ocij. est tibi a rebus tuis ⁊c. Cōpositionē ingrediūtur. vt amoueo/abeo/abstineo. Appell a a greco est: vt aptotum ⁊c. ❡ Cum Petro ambulo: cū honore te suscipio ⁊c. notissima sunt. Instrumēto nō iungitur: quia gladio percutio: nō cum gladio dicimus. Aliquādo euphonie causa necessario postponitur. vt mecū/tecum/secū/nobiscū vobiscum: non cum me ⁊c. quacum: quocum: quibuscum/melius ꝙ cum quo cū qua cū quibus. Cice. Quid dulcius ꝙ habere quocum omnia audeas loqui vt tecum. Quum i. Quia vel quando aduerbium aut cōiunctio est quum optime de te sum meritus. semper ostendis te esse ingratum. Cicero. Nō nihil me consolatur quum recordor quanta me cōplecteris beniuolentia. De hoc (quia quidam per scribunt quidam aliter) dicam in Orthographia. Cum nō ingreditur compositionem: quia pro cum: habemus inseparabiles prepositiones co/con.

Batus.

Abre.

Cum.

¶ Coram aduersa͡t clã.vt corã iudice causaz egi. Sepe est aduerbiũ. Ter.in eunu. Que mihi añ oculos corã amatorẽ aduxti tuũ. ¶ Differũt añ ⁊ corã: Nam añ oculos lõge intelligi põt. Corã ꝓximitatẽ significat vt ex dicta authoritate grãmatici colligũt. Redde q̃ mihi corã recepisti. Corã (est qd minꝰ periti dicũt) presentialiter. Ueteres corã cũ actõ ponebãt: vt corã pñtes vl' pñtibꝰ. Author ẽ Do.in adel. Epu͡le. sepe dicit in corã ꝓ palã. Quõ differt corã a palã: Corã ad certas ꝑsonas ꝑtinet Palã ad oẽs ⁊ fere aduerbiũ est pro manifeste in aperto. Teren. Si falsum aut fictũ continuo palã est. Aliqñ preposito est contra Lancilotuz. Titus Liui.lib.vi.ab vrbe Rem creditori palam populo soluit Ouid.de morte Diuisi. Et sicuti populo Cesar vtrũq; palã Idez.v.tristiũ. Nec palam tuto de me mala sepe loquunt͡. Forsitã obijciũt exiliũq; mihi.i.loquunt͡ tuto .i.tute, q̃ ecs non intelligo. sepe mala de me palam me.i.corã me. hic nota ꝯtra differentiã dat ã: palam aliquando de certa persona dici. A palam fit aduerbium pro palam.i.manifeste: ⁊ verbũ propalo as.i.manifesto: aperio. Significat etiam in longũ cresco: aut potius crescere facio. Col. lib. iij. Deinde ex eo sulco quasi ramos fossarum facies: ꝑ quos vt queq; virga postulauerit propaletur: atq; ita terra adoperies. In propatulo.i.in publico.

Coram Ante
✱ Uergi postq̃ introgressi coraz data copia fãdi Et.i.enci Corã quez q̃ritis adsũ
Palam.

¶ Clam.i.ignorante vel ignorãtibus siue occulte: vt clam patre fugi.i.nesciente patre. Clam custodibus exiui carcerẽ. Clam me est.i.ignoro. Pro eodem eleganter dicitur fugit/fallit/latet/preterit/capit me hec res.i.ignoro ad hãc rẽ sine casu aduerbiũ: est apud poetas sepius q̃ oratores. Uer.i.eñ. Clam ferro in cautũ supat securꝰ amoꝝ hic aduerbia idem significantia ꝑ clã ⁊ clanculũ. Clã: prepõ lz abltõ sepius gaudeat: lz th̃ interdũ actm̃: vt bene dicit Dona. plau.in mercatore. Ratus clã patrẽ meũ posse habere: sic idẽ sepiꝰ. Cic.in Sal. Timẽs ne facinora eius clã vos essẽt.

Clam.

¶ De primo materiã significat: vt carmẽ de bello Troiano.i.cuius materia est bellum Troianũ Anulus de auro factus. A nunq̃ materiam innuit: sed efficiẽtẽ cãm et ita patet differentia inter de ⁊ a. Pli.in epi. Liber tam ineptus vt non de puero: sed a puero factum esse credas. itaq; a pro de non capit͡ vbi materiã significamꝰ sed cõtra de ꝓ a capit͡: vt emi de Petro ꝓ a petro vt patebit. ergo male dicit͡. Quid hoc a te audio: ꝑ q̃d hoc de te dicunt ⁊c. dicẽduz est. Quid hoc de te audio. Cice. scripsit de officijs: non ab officijs. Liber Donati de octo partibus orationibꝰ: nõ ab ectore. q̃a in his ⁊ similibꝰ materia significat͡ nõ cã efficiẽs vti etiã hic de te bene merui: et templum de marmore ponã.i.marmoreũ. ¶ Sc͡do de capitur ꝓ a vel ab: vt emi de Petro librũ. audiui de patre meo. Cato de re rust. de dñõ bono colono bonoq; edificatore melius emitur. Cice. episto.lib.v ad Lẽtulũ. De crasso domũ emissez. Plau. in penu. De te quidem didici hec oĩa. Idẽ in Curgu. De illo emi virginem. Cicer. pro Cluẽtio. Mulierem cũ emisset de sectoribus. ¶ Tertio de.i. propter. Teren.in eunu. Ecquid nos amas de fidicina hec. ¶ Quarto locũ significat: vt de celo venit ⁊c. In compositione sepe significat deorsum: vt descendo: demitto. Aliquando, significat valde: vt deamo demiror. Interdũ diminuit: vt decresco: deferuesco. Quãq; negat: vt despero demens: dedecet significat ⁊ alia in compositione q̃bus supersedeo. De olim aduerbium erat ꝓ deorsum. Unde adhuc habemus susq; deq; fero.i. paruifacio. quasi an sursum: an deorsum res feratur: floccipendo. Sus ꝓ sursum vetꝰ est. Hieronymus. Dehabeo pro non habeo dixit ad Eustochiũ. Ita ille moderatur vniuersa: vt nemo quid postulet: nemo dehabeat.

De ⁊ a differunt.
Susq; deq; fero.

¶ E et ex idem significant: sed e cũ consonãtibus tantum iungitur: vt e iure: e republica. Ex tam vocalibus quã consonantibus iũgitur: vt ex arbore: ex dignitate. E ⁊ ex. Primo significãt materiã: vt culter fit ex vel e ferro. Sc͡do e vel ex.i a: vt audiui a patre: ex auo. Tertio significãt extra ꝑ de: vt ex vrbe pulsus: ex naso stillat humor: e celo descendit: eregione longinqua piper portatur. Eregione vna dictio.i.ex aduerso: ex opposito: vt eregione domus mee habitat sutor. Quarto e vel ex.i.ad vel pro: vt ex dignitate ex vsu ex vtilitate.i.pro dignitate vel ad dignitatem. ⁊c. E re tua.i.ad vtilitatez tuã. E republica ad vtilitatem reipublice. Quinto significant secundum vt ex Platonis sentẽtia Sexto in Cicero. E renibus laborabat.i. morbum patiebatur in renibus sermo est elegantissimus: sic laboro e pectore capite ⁊c. Septimo significant post. Statius pmo silua. Ex illo quantos inuenis premat anxius ignes id est post illud tempus quod inepte dicitur ex tunc. Curt.v. Institu. Querere quotus dies esset ex quo Nicomachus ad eum detulisset inditiũ pro ex quo bene dicimus vt idez libro.vi. Quintus dies erat vt in eam regionem ꝑuenerat.i. postq̃. Alia exẽplis declarabo. Et tpe.i.ex

E et ex.vij modis

improuiso. hinc ex: ex: oralis et extemporarius vt orator extemporalis qui subito sine premeditatione dicit: extemporale carmen etc. Idem ex tempore .i. pro temporis conditione. Cic. Ex tempore officium queritur. Ex vinculis causam dicere: est vinctum respondere criminibus. ¶ Ex sententia aliquid habere .i. ad votum et desiderium nostrum. Quin. Habes ne vxorem ex animi tui sententia. Ex composito .i. dedita opera et ex conuentione. Ex collo pendet pharetra .i. a collo aut iuxta collum. Uinum ex spongia apud Celsum .i. vino madefacta spongia. Panis ex aqua e iure quem vulgo offas dicunt. Pharmachum liquatur ex rosa. ¶ Quo differunt ex amphiteatro venio: et ab amphiteatro venio? Ex amphiteatro venit: qui in illo fuit. Ab amphiteatro venit qui in loco fuit proximo amphiteatro. Sic surgit ex fonte aqua si in illo fuit. Surgit a fonte .i. a loco fonti proximo. Eodem modo ad tribunal venit litigator .i. ad locum tribunali proximum. In tribunal venit iudex: quia illud intrat. ita dic in reliquis. E pamphilo grauida est Glycerium: non a pamphilo. abs te: ab eo: non ex te. ille est ex vrbe .i. extra vrbem. In compositione priuant vt elinguis exanguis et augent: vt exoro .i. orando impetro: et significant extra vt educo extraho. Excursim .i. excursitatione. Plau. in Asina. Non vides me excursim anhelitum ducere. Excogito: cogito: reperio: etc.

Pro septem modis capitur.

¶ Pro primo significat causam vt pro te rogaui .i. tua causa. ¶ Secundo significat ante. Sallust. pro curia signum dat. Suet. Religato pro foribus cane. ¶ Tertio pro .i. loco et vice alicuius. Ter. in and. Ea lege: vt si te inde exemeris: pro te molam sic audacia pro muro habetur. Quarto significat propter nec multum differt a primo modo: vt pro testimonio adductus .i. propter exhibendum testimonium. dedi pecuniam pro predio .i. propter predium. pro iniuria quam accepi .i. propter iniuriam. Hoc Cato dixit pro scapulis: quia serui scapulis vapulant cum male faciunt: aut dicunt. In hoc modo contineri potest hic loquendi modus. Sto pro turribus .i. propter: vel ad turres defendendas. Ter. Nam nisi hec ita essent: pro illo aut stares. Uer. lib. ix. Pro turribus astant. ¶ Quinto pro .i. ad: vel secundum: vt pro meis viribus: huc reducitur illud. Pre se quisque viri .i. pro viribus suis: quisque aut propter se quisque. pro Platonis sententia .i. secundum Platonis sententiam. ¶ Sexto pro .i. in: vt pro rostris pro tribunali: Suet. in Cesare Defunctam laudaui e more pro rostris. ¶ Septimo authoritatem innuit: vt tribuni plebis pro potestate intercesserunt .i. authoritate potestatis sue. Sub hoc aliquo modo est quicquid subiiciam pro valuis fixi literas .i. in valuis. Gratiam retuli pro meritis .i. secundum merita. non irasceris pro materia .i. secundum exigentiam aut qualitatem materie. Ouid. Grauius saturnia iusto. Nec pro materia fertur doluisse. Silli. viii. Inci pit et blandas addit pro tempore voces .i. secundum temporis conditionem: aut postulationem Teren. Hoc tibi pro seruitio debeo .i. causa seruitii: aut secundum virtutis legem. Pro indiuiso .i. nulla habita aut facta diuisione: verbum iurisconsultorum est. Ne dicas commoda mihi librum pro hora: sed in horam. Nec hoc maxima pro parte falsum est: sed ex maxima parte: licet in Boe. de consula. iii. legamus. Pro maxima parte terrarum videatur inglorius. ¶ Pro interiectio ante patuit. Componitur pro: vt promitto: prouideo prodeo etc.

* Sall. in Iugu. Pro muro dicens noctes que agitare.

Pre

¶ Pre primo significat ante. Gualterus. O felix mortale genus si semper haberes Eternum pre mente bonum finemque timeres. et aliquando est aduerbium. Teren. I pre sequar. Liuius. lib. i. Pre se armentum agens .i. ante se ablatiuus est se non actiuus contra Calepinum. Pre cunctis honorandus .i. ante cunctos: et ergo plusquam ceteri. ¶ Secundo. pre .i. propter vel ab: vt pre timore tremo. Terentius in eunucho. Ut sit misera pre amore. Idem. Pre studio dum id efficias quod cupis. Apu. Pre luxuria: cuncta profuderat. ¶ Tertio significat comparationem. Ter. in eunu. Hic ego illum contempsi pre me .i. ad comparationem mei. Liui. Paruam albam pre ea vrbe que conderetur fore. Huc reducitur loquendi modus vbi pre videtur exceptiua pro preter. Cic. pro Amerino. Uidetis vt omnes despiciat: vt hominem pre se neminem putet .i. preter se aut ad comparationem sui. Gel. lib. i. Pre se vno ceteros omnes rudes esse predicabat. Interdum ablatiuus subauditur. Plautus in persa. Immo res omnes relictas habeo pre quod tu velis. pre sed eo .i. respectu eius quod tu velis: hinc fit aduerbium preque. Plautus in Aulula. Hoc etiam pulchrum est preque vbi sumptus petunt. Idem in penulo dixit pre sibi tri: dotem idest ad suum genium amenendum: vt Baptista pius ait. Preut .i. precis et quod vulgus diceret secundum quod Teren. Ludum dices preut huius rabies que dabit. Preter. vnde Catul. Dicebas quondam solum te nosse Catullum. Lesbia: nec pre me velle tenere Iouem sic pre illis anuge erant ola. In compositis varie significat: vt prefero: preclarus etc. Pre et quecunque inde fiunt diphtongon habent. Ut preter hac .i. post hac. Apud Plautum vox elegans. Plau. in rudente. Si preter hac verbum faxis hodie: ego tibi comminuam caput. Ornate dicimus pre me fero: pre te fers etc. idest dicto aut facto indico.

prequam.

preut.

preter hac

pre me fero.

profiteor. Quintil. Fiduciam igitur per se ferat orator. semperq; ita dicat tanquam de causa optime sentiat. sic Ioānes letitiam pre se fert id est apparet letus hoc carmen pre se fert miram poete subtilitatem. Tue litere multum pre se ferunt ornatus Dic etiam per compositionem prefero letitiam &c.

Prefero

Sine.

¶ Sine: & absq; idem significant: neutrū compositionē ingreditur. vt neq; vltra: clā pone & plures. Sine imperatiui modi verbum est a sino. Syncerus non est a sine: sz a syn. i. con. Absq; Calepinus aduerbiū esse vult apud Terētium p nisi. Verba Terentij sunt in ecyra. q̄ fortunatus sum ceteris rebus absq; vna hec foret: hanc matrē habēs. vbi potius legitur teste Calepino in ntō absq; vna hec foret quā in ablatiuo hac foret. Nā sensus est absq; i. nisi hec vna sc; res videlicet cōiunx ex alieno (vt tunc putabat) pariens esset. ¶ Tenus. vide lectionis huius principium.

Procul

¶ Procul. i. longe ablm̄ plerūq; regit: et raro actm̄: ideo p̄pōnibus iure annumeratur. Da authoritatez de abltō. Tacitus. Nec procul cede aberant. i. prope interficiebātur. Curtius. Iamventum p̄cul mari quod hiberniā insulā spectat. Et libro. viij. Procul muro. sic alibi sepe Dat authoritatē de actō. Curt. Procul vrbē. Plini. ix. natu. histo. Villa est cāpanie: haud p̄cul Neapolim. Titus Liui. xxvj. Locus procul muros satis equus agēdis vineis fuit. Procul sepissime est aduerbium vt procul o procul este prophani. Ouid. Sint procul a vobis iuuenes vt femina compti.

✻ Procul pōt & satis longe significare & non valde hoc est p̄ pocklis Vergi. Est p̄cul in pelago saxuz qd̄ satis lōge fuisse intelligi non pōt. p̄iret eīm spectaculi voluntas. Idem Serta procul tm̄ capiti delapsa iacebant.

Prepositiones communes.

¶ In actō iungitur. primo vbicūq; ad locum motū significamus: vt curro in forū in campum. i. ad. Tamē differūt aliquantulum venio in tribunal: & venio ad tribunal: vt dixi in prepōne ex. Itaq; in castellum. eo. i. intro castellum. ad castellum eo i. ad locum castello proximum. testes sunt Diomedes & Donatus. Vergili. Quo te via ducit in vrbem. Idē. Impulit in latus. Redeo in gratiaz. Secundo in pro contra vel erga accusatiuum habet: de cōtra: vt crudelis in priuignum nouerca inuehor in emuli. Ver. Quid meus eneas in te cōmittere tm̄. Quid troes potuere. Lex lata est in adulterum & desertorem. De erga. vt mitis in discipulos preceptor. Verg. Accipit in teucros animum mentemq; benignā. Tertio accusatiuū habet in vbicūq; declaratur per ad: vel vsq; ad: vel intra. Feci in tuam salutē. Plinius. Ita est p̄fecto: multis fortuna parcit in penam. In rez tuam est. i. ad rem tuā. In re tua est pro re tua. Vide interest. Liuius. Bellum in tricesimum diem indixerant. Bibo in lucem. i. vsq; ad lucez. Martia. Hesterno fetere mero qui credit Acerraz Fallitur: in lucem semper acerra bibit. Omitto hec in aliud tempus: idest ad. dico in aurem i. ad aurem insusurro. Iusti in perpetuū viuent. i. vsq; ad perpetuuz. Dabo te in caueaz. i. ad cauea: & mittā te in carcerē. Vacas in damnū tuuz. In sacris Qui odit animam suam in hoc mūdo: in vitam eternā custodit eam. i. ad vitam eternam. Defecit in salutare tuū ala mea. Defecerunt oculi mei in eloquium tuū. cōmoda mihi Vergilium tuū in hunc diem. Liuius lib. j. Vix in fundamēta suppeditauere idest ad fundamenta. Celebremus hūc diem in honorē diue virginis Marie. i. ad honorē Accepit eum Symeon in vlnas suas. In manus tuas cōmendo sp̄m meum. do tibi in manus. i. intra: est motus latens ad locum: & ita ad primum moduz reduceret Plau. in trinū. E manibus dedit ipse mihi in manus. Terenti. Dic quid. velis tibi dari in manum: vt herus his desistat litibus. Dare in manū est proprie dare separatim sine arbitro: aut interprete. vt quum preuaricator: aut iudex corruptus accipit pecuniā. In diem addico. i. ad diem. hoc est rem ita vendo: vt nisi alius ad prestitutū diē magis obtulerit illius si qui p̄mo obtulit. Potēs in pugnā. i. ad. Ille in venerem est putris. ¶ Credo in deuz ad hunc modū adiecit Guilielmus zenderus. Credo in deū. i. (vt ipse ait) credendo tendo ad deū. Ceterū nugat̄ si Valle credimus. qui in Ioāne dicit nihil distare Credo in deū: & credo in deo: sed vterq; modus latinis est inauditus. Apud grecos accusatiuus est quem nunc per accusatiuum: nunc per ablatiuum nostri transtulere magis affectare q̄ seuere; inquit Valla de accusatiuo in Ioāne. Ois qui credit in eū non pereat. Et mox/ Qui credit in eū nō iudicat̄. De abltō in Ioāne. Qui credūt in noīe eius. Et ois qui credit in ip̄o nō pereat. In acti. apost. Multi crediderūt in dn̄o. ¶ Quarto vbicūq; significat̄ diuisio: mutatio: aut conuersio: in accusatiuū habebit. vt vxor Loth versa est in statuā salis. Troia versa est in cineres. Daphne mutata in Laurū. Lycaon in lupum. Anteon in ceruuz &c. Ouidius. Versa est in cineres sospite Troia viro. Refero in melius: idest conuerto. Huc reducito, accipias in bonam partem, Verg, Sciuditur in certum studia in.

In cū actō vig. mōis.

Credo in deum.

contraria vulgus salal in varias species diuidit. partior in socios pane. Uerg. So
cios partit in oes Uin a. Apul. j. met. Offulas grādiorē in cōuiuas, emulos contrun
care. gestio. elegantes sunt orones. ¶ Quinto vbi ad similitudinē formāve alterius
quid fieri significamus in actm habebit vt lapis excisus in antrū. i. in formā antri
Uerg. Portus ab eos fluctu curuatus in arcum. i. in similitudinē arcus: teste Ser
uio. Idē. Tum vero in nūerū Faunosq feraso videres ludere. i. ad similitudinē nūe
ri hoc est cātilene z rithmi ait Seruius. Sic figulus fingit lutū in ciconiā in mona
chū in motionē. Apul. lib. ij. meta. Lapis pari in Dianā fact. Idē li. iij. In asini
faciem sena rodebamus. i. habētes figurā asini. Sedet in amicū. i. similitudinē ami
ci aut sicut amicus: teste diuo Augustino. ¶ Sexto vbi significat apud vel a. Cice.
in Paradoxis nō pbant in vulgus. Idē de vniuersitate. Judicari in vulgus nefas
Et lib. ix. Ad Atticū. Alter, religiosus nūc dics. alter in vulgus ignotus. Curt. iiij.
Edita in vulgus egyptiorū responsa. Liuius. xxiij. Milite in vulgus leto. Tacit
Celebrata in vulgus. Celsi laus. Idem. crebre in vulgus mortes similiter loquens.
ornatissime. ¶ Septimo pro super. vt multa in eam rem sum locutus. Seruius in
Donatum. Ambrosius in Lucam. Lyra in Joanē. i. super sic loquemur quoties cō
mentatores allegamus. ipsos vero authores. aut qui e greco, trāstulerūt: per abla
tiuum significabimus: vt Donatus in libello de octo partibus. Terē. in and. Hie
ronymus in genesi: qr ipse transtulit: si aūt allegam aliqd qd Hieronym scripse
rit sup Genesim dicemus Hieronymus in Genesim. Idē in significat sup: quū dici
mus dormis in aurē: dormio in latus: felix cadit in pedes &c. ¶ Octauo in actm hz
vbi significat qualitatē, ordinatiuā: vt opus in dies crescit. Amor tuus crescit mihi
in horas. Uergil. Inqz dies auidū caput altius effert. i. de hora in horam: de die in
diem aut per singulas horas: per singulos dies. Uergi. Gallo cuius amor tm mihi
crescit in horas. Quantū vere nouo viridis se subijcit aluus. Pli. in epi. Expectan
tem in horas: dixit. ¶ Quō differūt in dies z in diē? similiter in horas z in horā?
In dies z in horā significāt quotidie: per singulos dies: per singulas horas: z fere
sp cōparatiuo aut verbo incremēti iungātur: vt in dies doctior. in horas crudelior:
pestis in dies: vel in horas crescit. In diem z in horam notāt vnū quēlibet diē non
habēdo rationē futuri: vt prodigus in diē viuit: z in horā viuit. Da authoritatē de in
dies. Liui. Crescente in dies multitudine. Cice. Quū id malū serperet in dies magis
Pro eodē recte dices qtidie aut in dies singules. Cice. p Marcel. Tua iustitiae le
uitas animi florescit quotidie magis. Idē ad Atti. Quotidie vel potius in dies sin
gulos breuiores ad te literas mitto. ¶ Quur dixisti fere semp? Qr aliqñ in dies sine
cōparatiuo z sine dictione cremēti legit. Sallu. in Jugu. Itinera pfectusq in dies
mutare. i. mutabat. Ornatius ponit cū dictiōe cremēti. Quō differūt ergo quotidie
et in dies. ¶ Quotidie rari cōstruit cū dictione incrementi: in dies fere semp: meli
tū quotidie cū incremēto efferes q in dies, sine incremēto. Cice. iiij. de finibus ostē
dit vtrūq dicens. Hic curatione adhibita leuant in dies: alter valet plus quotidie:
ergo nō male dixit Pseudocurti. Fio in dies frequēs. Liui. tertie. Patrie occasum
cum suo exitio in dies expectabāt. Da authoritatē de in diē z in horā. Quintilia.
Nō vt fere volucres pñtis modo cibi memores in diē viuūt: duratur hyemi repo
nitur vict. Ci. In Phil. Hec q in horā viuūt nō modo de fortunis bonis ciuiū: sed
ne de vtilitate quidē sua cogitauerūt. Raro cū alio verbo q viuo ponunt in diē z in
horā. Sallust. in iug. Panē in diē mercari. i. mercabat, ita legit Ualla: licet aliqui
libri habeāt in dies. ¶ Extra hos modos in plerūq ablm hz vt vbi ad locū motus
nō, significat: vt in cāpo curro si sū in illo: in cāpū curro si nō sū in illo: sed ad illū
curro: sto in foro: sum in vrbe. ¶ Scdo pro inter. Quinti. Neq cm tuburcinabūdum
et lurchinabundum iam in nobis quisq dixerit. i. inter nos. Suetoni in Cesa. Pre
turba elisi exanimatiq sunt plurimi: z in his duo senatores. i. inter hos. In sacris.
Non fuit in vobis qui reuerteretur ad me. In vrbe erro. i. per vrbem. vehor in equo
i. super equū sedens. Gellius. Uehēs in equo. Itē pro ante. Cur. In oculis duo ma
iora omniū nauigia summersa sunt. Itē in sacris. Locut est nobis in filio idest per
filium. Sunt z alij modi tam accusatiui q ablatiui: si quis velit valde studiose cū
cta perscrutari: ponā iā tumultuarie aliqua quorum nōnulla sub predictis modis
continentur. Terentius Uereor te in os laudare. i. ad os: in conspectu tuo. Calepi
nus dicit hic accusatiuū pro ablatiuo poni: vt apud eundē. In quem exemplu fiet
pro in quo: neutrū tamen vereor imitari. Cōtra inuenies ablatiuū pro accusatiuo

* Cicero nequā homō viuūt nō modo de fortunis z bonis ciuium: sz de vtilitate quidē sua cogitauerūt

In dies
In horas
In diem
In horam

Quotidie

* Senec. Cū in dies augeretur audacia

In dies

In cū ablatiuo.

In cū actō vel abltō.

In os laudare.

vt/Gratior est pulchro veniens in corpore virtus. Sic legit Calepinus/sed mēdose:
q̄ in epi.lxvij. Senece habet. Gratior est pulchro veniens e corpe virtus. Condun
tur in aluo, vel in aluū. sed hoc antiquū est teste Capro. Liui.iij. ab vrbe. Pessima de
cēuirorū in vulgus fama est.i. apud vulgus vel inter vulg⁹: ornata locutio vt dixi. In es vl in
¶ Incido in es lepidissime, dicimus: aliq̄ etiā incido in ere Liuius lib.iij. ab vrbe. ere incido:
Leges in es incisas in publico pposuerunt. Da authoritatē de abltō cōtra Vallā.
Cic. in actione.v. in Verrē. In ere incisum nobis tradiderunt. Plin. iunior de laudi-
bus Traiani. Incidenda in ere censuisti. Sic pro eodē dicimus includo in carcerē
et in carcere. Cic. actio.vj. in Ver. Includunt in carcerē condēnati. Ibidē. in paucis
villis inclusas esse, videtis. Silr in rem meā est: et in re mea est.i. mihi vtile est. Iu
sti.xiij. In rem visum est ab egypto incipere. In eodē lib. ait. Epistolas in grecium
scripserat.i. ad grecos. Lepide sil'es orationes poteris in vsum trahere. Orosius. li.
vij. Nero virū in vxorē duxit. Loquere similiter. Apu.j. met. deuotionib⁹ sepulchra
libus in scrobem procuratis. Et xj. Omnes in me populi fabulant.i. de me: loquere
similiter. Tacitus. Ante edem diui Julij iacuit primo ictu in poplitem mora Ju-
lio Carto legionario milite: in vtrūq̄ latus transuerberatus. Idē. militē in vba Ve
spasiam adegit. Idē. Cetera in cōe sita sunt. Idē. Nec cohibere parietibus deos: ne
q̄ in vllam humanioris speciem assimulare, ex magnitudine celestiū arbitrantur.
Idē. In contrariū disputes. Idē. In contrariū accingi. Plau. in aulu. Multo prius
me collocaui in arborē. Et in curg. Talos poscit sibi in manū prouocat me in aleā
Gel. lib.ij. ca.xix. Amici isti magnam in partē cessatores sunt.i. magna ex parte. aut
vt vulgus loquitur p magna parte. Cic. in.j. de natura deo℞. Homines morte dele
tos reponere in deos. Sudo in humorē. Valeri. Maxi. In Sicilia duo scuta in san-
guinē insudasse. Hec oīa per actm̄ dicta sunt. Notato oīa diligenter vt sil'r loquaris
Cesso in vota.i. tardus sum ad facienda vota. Cesso in votis.i. tardus sum dum vo- Cesso i vo
ta facio. sic cesso in rem: cesso in re. Ponit hoc Badius. Fuit mihi in mentem p actm̄ ta.
aliq̄ dicimus. Plau. in amph. Mihi in mentē fuit. sic recte dici testat Gel. li.j. ca.vij In mentē
Cice. apud Gelliū. In predonē fuisse potestatē sciatis Pōt etiā hoc per ablm̄ dici fuit.
in mente fuit: in potestate fuisse. ¶ In mediū relinquo per actm̄ eleganter dr: licet In potesta
vulgus in medio relinquo. per ablm̄ dicat: author Gel. li.xvij. ca.ij. Quintus Clau tem fuit.
dius. Nos in mediū relinquemus: id est de hac re nihil iam decernemus: iudicabi In mediū
mus ec. Latine etiā per accusatiuum dicemus: teste Gellio in eodem capite. Pono relinquo
in mediū: testimoniū nullū citat. Possumus per ablm̄ dicere pono in medio. Cicero
oratione.vj. in Verrē. Rem in medio ponam. Et in.j. de natura deorū. Ponam in me
dio sententias. ¶ Compositionē ingressa: plerūq̄ intra significat: vt includo: ingre- Perinde
dior ec. Sepe negat: vt indoctus ec. Ab in fit inde. hinc, deinde /perinde/ subinde. * Perinde
Perinde tanq̄ vel eiusmodo tanq̄: vt custodi domū meā pinde ac si tua esset. Aliq̄ q̄ nonnumq̄
significat valde. Sue. Quare aduentus eius non perinde gratus fuit? Et adeo. Idē significat e
Nulla re perinde motus q̄ responso Mathematicorū. In vtroq̄ citra negationem que
claudicaret. Proinde: id est ideo: quapropter. Subinde: id est deinde et statim atq̄ Cic. in epi.
frequenter cū quodā interuallo: vt, abiens subinde respicit. ¶ Sub actm̄ habet pri- Ego te et
mo vbi ad locū motū significamus. vt eo sub tectū. Verbū. Postes q̄ sub ipsos nitunt Dolobellā
gradibus. ¶ Secūdo pro pauloante vel circa. Ouid. Sub noctē dicere vale. Sueto. perinde di
in Aug. Sub natalē suū plerūq̄ languebat. in eodē. Sub horā pugne tam arcto re- ligo
pēte sopno deuictus. vt ad dandum signū ab amicis excitaret.i. circa horā ec. Ver. Sub eum
j. geor. Sub ipsum arcturum.i. circa vel pauloante hora. Occultā febrem sub tem actō quin
pus edendi dissimulas.i. circa. Verg. Sub lucem exportant calathis.i. circa lucem q̄ modis
aduenientē die. ¶ Tertio pro per. Titus Liuius. lib.j. Legati fere sub idem temp⁹
ad res repetēdas missi: id est fere per idem tēpus. Verg. Vincit atrox Juno et sub no
ctē cura recursat. ¶ Quarto pro statim post: vt sub hec vba. Cice. Planco. Sub eas
autem reddite sunt. ¶ Quinto pro iuxta: vt quidā volunt: veluti/fleti sub oratorum
et pro intra: vt abdidit pugionem sub ilia. Plautus in milite: Negocium omne suc
cedit sub manus: id est ad vel intra manus: hoc est negocium bene procedit.
¶ Sub ablatiuū primo habet vbi opponitur supra et motus ad locum nō significa- Sub eum
tur. vt terra sub pedibus est. ¶ Secundo sub pro ante vel coram: vt cadent sub iudi ablatō sex
ce morum. Apuleius secundo meta. Sub istis oculis miser iugulatus est. ¶ Tertio modis.
sub: id est prope. Verg. Quo deinde sub ipso Ecce volat. ¶ Quarto sub. id est cū: vt
sub sarcinis. ¶ Quinto pro in. Verg. Nāq̄ sub ingenti lustrat dum singula templo.

Idē. Estq; sub inuictis gloria nulla meis.i.in:vel de inuictis meis. ¶ Sexto ꝓpter vt dicunt quidā: veluti ille sub vitijs vadit ad interitū ⁊ pro post. vt latitas sub foribꝰ Sub quinto modo continet. Sub cōticinio vrbē inuaserūt. Sub nocte silent.i.in cō ticinio: in nocte: frequens locutio apud poetas. Sub manu.i.in manu ⁊ prōpte. vel sub manu.i.statim ⁊ de manu ad manū. Seneca lib.x.episto.ad Luciliū. Consilium nasci sub die debet. Et hoc quoq; tardū est nimis: sub manu quoq; (vt aiunt) consilium nascat. Sueto.in Augu. Et quo celerius ac sub manu annunciari cognosciq; posset. Composita varie significant: vt subtristis subeo ⁊c. quibus supersedeo.

Super cū actō dupliciter modis.

¶ Super cū actō sepius legitur: vt qn̄ aduersat prepositioni subter. vt super aera ether est. ¶ Scdo pro vltra. vt super Garamātes ⁊ indos ꝓferet imperiū. Apul. Iam cū super oppidū profectꝰ nos citra reliquerat. Studui super mediā noctem. bona locutio est: teste Seruio. Verg. hoc etiam per abltm̄ dicit/ Nocte super media.

¶ Tertio pro supra. vt quod signum vidisti super natum regem? Hunc modum posuit zenderus addens. Quartum pro contra. vt eo super hostem. Et quintum pro iuxta. vt Sedimus in lachrymis super flumen Babylonis.

Super cū abltō .iiij. modis.

¶ Super abltm̄ habet primo ꝓ de: vbi de re aliqua mentionē facimus. Ver. multa super priamo rogitans super hectore multa.i.de Priamo ⁊ de hectore. Cic. xvi. ad Atti. Hac super re scribam ad te Rhegio.i.ex illa vrbe. Sic dices/ super fratre tuo scribā ad te Gandauo. Et/ Joannes interrogauit me super valetudine tua. Tacitꝰ. Multus ea sup re variusq; rumor. Idē. Consulendū tali super re principē respōdit. Sillius.ij. Consultant bello sup. Gel. lib.ij.ca.xxiij. Maritus senex super vxore diuite atq; deformi querebat. Sic dices doce me sup hac re. Idē lib.iij.ca.j. Is a Fauorino rogatus. ecquid haberet super ea re dicere: pro de ea re vel in eam rem Sic recte dr̄ vt opinor: habes ne aliqd super hoc versu dicendū: sic Seruiꝰ super Verg. licet nō negauerim recte dici per actm̄. Seruius super Verg. vti quod per abltm̄ potuisset dicere. per actm̄ Plautus maluit dicere in auln. Iuxta rem mecū tenes super Euclionis filiā. Secundo pro in. Verg. Hic tamen hac mecū poteris requiescere nocte Fronde super viridi. In sacris. Salus deo nostro sedenti super throno ⁊ agno.i.in throno. Verg. Plena super arbore sidunt. In exodo. Altare de terra facietis mihi ⁊ offeretis sup eo holocaustū. In eodē. Adolcuit sup eo incensum aromatum. Esdre iiij. Ego sedebā super quercu. Qui in similibus: actō vti velit nō peius loquatur vt opinor. q̄ per abltm̄: vt in eo qd in Marco dr̄. mittentes sortes sup eis qui tolleret. Et in ps. Sicut ablactatus est sup matre sua. ¶ Tertio sup.i.pro vel propter. vt super hac re nō moueor. Ver. Nec super ipse sua molitur laude laborē. Queq; laborare oportet super sania tuenda.i.pro. In sacris. Maius gaudiū est angelis super vno peccatore.i.propter vnū peccatorem penitentiam agente ⁊c. vel ex vno peccatore ⁊c. Erāt Joseph ⁊ Maria mirantes sup his que dicebant de puero.i.de his aut ꝓpter hec ⁊c. Stupebant aūt qui audiebant eum super prudentia ⁊ responsis eius. Multū laboraui super promotione tui. ¶ Quarto pro preter (si zendero credimus) vt super his donis superaddam alia. Nōnulla hic bene colligit: in multis tn̄ errauit: vt quū dixit sub pro ante actm̄ habere. vt sub noctē dicere valc.i.paulo ante noctem. hinc mendose colligit recte dici. Sacerdos stat sub altare pro ante altare.

Super aduerbium.

¶ Sup efficit aduerbiū vbi casum desierit habere. Plau. Hinc atq; hinc super subterq; premor angustijs. Capit pro desuper. Verg. Et super e vallo prospectāt troes Et valde. Idē. His accensa super.i.accensa valde propter hec. Ponitur pro super est. Idem. Nec fuga iam super supple est: ⁊ pro insuper: ⁊ amplius. Idem. Cui neq; apud danos vsq; locus: ⁊ super ipsi Dardanide infensi penas cum sanguine poscūt Compositionem ingreditur. vt supersedeo ⁊c.

Subter

¶ Subter actm̄ fere semper habet siue quies fuerit siue motus. Sta. Desilit in campos qui subter menia nudos Asseruat manes. In lib.iiij.regū. Helias quū sederet subter vnā iuniperū. poetice abltm̄ habet. Vergil. Quū tamen oēs ferre libet subter densa testudie casus. aduerbia fcit: apud Plautū vt ptz in super.

Subtus

¶ Subtus.i.subter Alexander putat vtriq; casui seruire: vt subter. Valla dicit subtus solum aduerbiū esse. Et in sacris vbi videtur prepositio esse: dicit vitio scriptorum sub pro. subter poni: ⁊ retro pro post: foras pro extra ⁊c. vt.in.ij.lib. Regū Dilatabis gressus meos subtus me sic in biblijs sepius. Si vera est Valle sententia nō dubium quin mendum sit in Tacito dicente. Obliquis subtus vndas saxis exterrita. Et in Seneca in cons. ad Martiam: subtus tot maria.

¶ Inseparabiles

¶ Di & dis separandi vim hñt: & componitur di/cũ d/g/l/m/r i/atq; u cõsonãtibus vt Di & dis.
diduco/digero/diluo/dimitto/dijudico//diuerto cũ reliq̃s ɔponitur dis: vt discupio
¶ Gerundia in di quot modis capiunt: duobus. actiue ⁊ passiue Actiue sepissime. vt causa dicendi istuc venio. i. vt discā. Passiue valde raro. vt misi filiū Coloniā erudiēdi causa. i. vt erudiret. ⁊ lz Ualla reprehendat. vrbs est in periculo capiēdi: vt capiat. Da authoritatē. Iustin⁹ vel Trog⁹ li. xvij. Athenas erudiēdi grā missus: quāto doctior maioribus suis tanto ⁊ gratior populo fuit. i. vt erudiretur. Idem libr. j. Quod ad te non tam cognoscendi q̄ emendandi causa transmisi hoc posset actiue declarari: non tam vt cognosceres q̄ emendares. ¶ Gerundiū in di non inuenuste habebit interim gtm̄ pro actō: presertim in plurali. licet Ualla neget vitio carere. vt cōposui hūc librū instituendi pueros gratia. sic grammaticus diceret. Orator etiā instituendi puerorum gratia. Pli. Quū illorū videndi gratia me in forum cōtulissem. Ti. Li. xxj. Ne vereor ne q̄s me hoc vestri adhortādi causa magnificat loqui existimet: ip̄m aliter animo affectū esse. Plau. Nominandi istoꝝ tibi erit magis q̄ edundi copia hic apud me. Terē. in plogo Heau. Date crescendi copiam nouarū. Cice. in li. de diuina. Dolebas tantā stoicos nostros Epicureis irridēdi sui facultatem dedisse: pro irridendi se. ⁊ capitur actiue irridendi non passiue cōtra quendam. Sueto. in Augu. Exacta loquendi licentia diripiēdiq̄ pomorū ⁊ obsoniorū: rerūq̄ missiliū. similis locutio est illi plautine. Nominandi istorū vt notauerūt Beroaldus ⁊ Sabellicus. Cesar. vij. de bello gal. Usq̄ eo vt qui sub vallo tenderent mercatores recipiendi sui non haberent potestatē. Taliter etiam ante locutū inuenies. Hir. de bel. gal. Bellouaci tale consilium sui recipiēdi ceperunt. Et paulopost. Romani equorum insidias veriti: liberā facultatem sui recipiēdi Bellouacis dederunt. ¶ Quibus iungūtur gerundia in di: nominib⁹ substantiuis. vt amor habēdi causa perundi: occasio dicēdi: tp̄s tacendi locus vlciscendi. sic ratio: grā / opportunitas / copia / potestas / ars / mos / consuetudo / venia / voluntas / desideriū / cupido / libido / auiditas licētia / libertas ⁊c. Licētia fere in malū capit. Terē. Deteriores omnes sumus licentia. Quinti. Que in alijs libertas: in alijs licentia vocat. Cic. in off. Ut pueris nō oēm licētiā ludendi damus: sed eam que ab honestis actiōibus non sit aliena. hic etiā in bono capit libētius tn̄ dicamus: scholastici habēt cōmeatum aut ludēdi copiā: q̄ licētiā: substātiuū aliqn̄ intelligit. Sal. Patrandi belli cognouit: subaudit causam. In sacris. Qui hz aures audiēdi. insolēs sermo est: teste Ualla. Gerundium in di etiā nōnullis adiectiuis dat. Uer. eneas cesa in puppi iā cert⁹ eundi. ¶ Essendi do: dum: Ualla barbata esse dicit q̄ male dr̄: studio causa essendi presbyter ⁊c. Ci. tn̄ essendi dixit: nisi Gel. mendosus sit libro. xviij. cap̄. vij. vbi de hoc nolec concio agit. dicit Tulliū dixisse in oratione cōtra cōcionē Q. Metelli. Essendi in cōcione cōcursus est populi factus. sensus est. Concursus populi essendi in concione factus est. i. vt esset in cōcione. ¶ Gerūdia in dum sepissime actiue significant aut neutraliter: vt inter legendum hoc notaui. i. dū legi. Passiue raro significāt. vt Persij carmē ad intelligendum est difficile. In genesi. Aialia suauia ad vescendum Sallu. in iug. Pauca supra repetā q̄ ad cognoscēdū oīa: illustria magis magisq̄ in apto sint. Idē. quū ad imperandū vocaret. i. vt ipsi imperaret. Sepe ponit in dū gerundiū cū ad ob ppter: ⁊ aliqn̄ cū añ: sz fere sine regimine. Uer. Añ domādū ingētes tollēt alos. Cū indiceremus vado in capiēdū aues. sed raro ita legit. Elegātissime cū interponit: ⁊ exponit per dū. Uer. Iter agēdū occursare capro (cornu ferit ille) caueto. i. dū ages. Inter cenandū audiui fabulā. inter eundē: ortus est de te sermo ⁊c. ¶ Gerūdia in do ablatiui casus sunt aliqn̄ actiue significāt: vt discēdo pficio. Uer. ene. ij. Fando aliquid si forte tuas peruenit ad aures Belide. nomē Palamedis et inclyta fama. i. dum aliquid faris cum alijs: ⁊ fabulādo cū alijs ⁊ ita dū dr̄ aliquid Ouid. Fando aliquē hyppolytum ⁊c. Hos occidendo: illos accusando totā ciuitatē labefactasti. Significat etiam passiue: vt memoria excolendo augetur. Frigid⁹ in

Gerundium in di interdum in passiua significatione reperit. Sueto. in clau. Harpocratem cui lectica per vrbem vehendi ius trbuit

Licentia.

✱ Uergil. Cecropias innatus opes amor vrget habendi.

Gerundia in dum

Gerundia in do.

pratis cantando rūpitur anguis. Iūgitur ꝓpositio vt in tribuēdo suū cuiqꝫ. de cōponendo ep̄las hec dicta sunt. Cic. vij. ad atti. Tu quid cogites de trāscūdo in epirum. scire sane velim amicitia ab amādo dicit̄ Uaco a scribendo: ex defendendo ꝙ accusando uberioꝛ gloꝛia ꝑparatur Quint. Ratio recte scribendi iuncta cū loquēdo est. Soluendo nō sum. i. nō sum sufficiens ad soluendum. Dubitari potest (inquit Ualla) datiuus ne sit an ablt̄us. iungimus et datiuū. Quint. Pauperi soluendo nō sunt. aliquādo iungitur genitiuus. Idem. Maximi tamen virꝛū ꝛ quibus artis sue soluendo nō sit humanitas. Nebrissensis vult soluendo datiuū esse: vt iubendo in Apule. Quum primū charitate nubendo maturuisset. Et in oꝛate Tullij. Inficiendo Quum est inficiendo accusatum reus: duo primo sunt. Utcunqꝫ est gerundia datiui casus rarissime inuenics pꝛesertim cum verbi regimine.

*Cicc. in philip. de soluēdo era. Plini. tēpoꝛe etica chartarum tilis scribēdo.

Soluēdo

¶ Gerundia nomina.

Secūdiua elegantioꝛa sunt gerundijs.

¶ Oꝛnatius per gerundiua loquimur ꝙ per gerūdia. vt elegantius dr̄. Caussa habende pecunie tibi famuloꝛ: ꝙ casu habendi pecuniam. Da gerundia nominatiui casus aut vocatiui rara sunt. Uer. Uoluēda dies en attulit. vltro. i. dies que voluit̄ nō. que voluet̄. de vocatiuo exemplum foret tale. Uoluendi dies omnia cōsumitis.

¶ Que est gerundiuoꝝ regula? Quoties habueris gerundij oꝛationē mutabis eleganter in gerundiuū eiusdē casus: ꝛ casum gerundij in eundē casum eius seruando genus ꝛ numerū: vt venio causa videndi matrem: venio causa vidende matris Ouid. Sit modo placande copia parua tui. Cicero L. Crassum quassi colligendi causa se in Thuscu lanū contulisse. Sum tui videndi cupidus. Teren. Id faciebat cius redimendi causa. Uergi. Tantus amoꝛ floꝛum ꝛ generandi gloꝛia mellis. Sic venustius loquimur ꝙ si copia te placandi ꝛc. ¶ De datiuo. Uaco agro colendo: vinee pastinande: memoꝛi succidendo ꝛc. venustius est ꝙ vaco in colendo agrum ꝛc. Male autem dicitur, teste Ualla, do operam colendo agrum: quia gerundiū datiui casus nullum est nisi foꝛsan soluendo ꝛ nubendo: sed bene gerundiuum.

* Supia vnde dicta sint ingenue fatet̄ Nebrissen. se ignoꝛare sunt q̄ a re supino dicta velint supia: hec eīn pꝛo oꝛonie cū voce habeat pticipij passiui resupiatur tn̄ hoc est ꝯuertit̄ in actiuā significationē. ꝛ rursꝰ cū alterū ex supinis in um desinēs actiuā l' abeat significationē alterū resupinat̄ qd̄ in u desinit: ꝛ est passiue significationis.

¶ De accusatiuo: veni ad salutandos fratres ad salutandā matrē ꝛc. ꝙ venustius est ad salutandū fratres ꝛc. gerundiua accusatiui casus pulchꝛe ponuntur cū verbis loco: cōduco, mando, curo, habeo ꝓ debeo: ꝛ si qua sunt similia. vt locaui faciendam sepulturā. Conduxi colūnā faciendā. Mandaui furem rapiendū. Curaui lapides faciendos. Curaui literasꝰ mittēdas: quod rustici dicunt, feci mittere literas habeo petrū ꝯsolandū. olim testimonio e doctis affert doctissimus Ualla. ¶ De ablatiuo, laboꝛaui in colendo agro: in cōficienda epistola. sine pꝛepositione magis plurali vtimur. Cic. Oꝛationē autem latinā ꝑfecto legendis nr̄is efficies pleniorē. venuste dixit ꝓ legendo nostra Cauendū (inquit Ualla) ne verbū significet motū de loco: q̄ non dr̄: venio ab arando agrū: vel ab agro arando: sed ab aratione agri ꝛc.

¶ Est ne vbi per gerundiuū nō recte loquimur? Etiā teste Ualla vt quoties opoꝛtet per relatiuū loqui: veluti hic dies attulit initiū dicend que vellē: nō autem dicendoꝛū que vellē. Cic. Equidē efferoꝛ studio pꝛes vroꝝ quos colui: ꝛ dilexi videndi. Nā durū fuerat futurū: studio videndoꝝ patrum vestroꝝ quos colui ꝛ dilexi.

¶ Supinum

¶ Supinū vnde dicit̄? a supinus a. um. i. iacens ventre: ꝛ facie celū versus. vt enim talis videt supia se celū ꝛc. ita supinū: qd̄ in ṽbi coniugatione est vltimū: videt supra se totam coniugationem. Et si dicas. participium rectius supinū diceretur: q̄ post supinum ponitur. ¶ Respondeo participium nō ponitur tanꝙ pars coniugationis quum ipsum nō sit verbuꝫ: sed supinum est verbum ꝛ cōiugationis vltimum Lancilotus vult dici quasi supinū quia sine tēpoꝛibus supina: ex verbo subeunt ad participia: vel quasi supercuntis. Feretius dicit supina q̄si suꝑma ꝛ in calce ṽboꝛū ab inuentoꝛibus Clarissimis deducta. vel quia vident supia se totam verbi coniugationem. ¶ Supinum quid est? verbum in um: vel in u: sine casu: ꝛ determinate sine numeris ꝛ personis. Terminationes due sunt, um ꝛ u. vt lectū lectu Supinum in um construitur cū verbo aut participio motus saltem latentis: vt eo cantatum i. ad cantandum. eo factum. vt factū iri audio illi iniuriā: id est intelligo operam dari ad faciendum illi contumeliā vt fiat iniuria. Cato dixit. Factum itur iniuria mihi. De qua oꝛatione disputat Gellius. Exemplū de motu latente. Hoꝛati. Spectatum amissi risum teneatis amici. do filiam nuptum. conductus sum cantatum: lectum ꝛc. ad cantandum ꝛc. Plautus in Aulularia. Heu senex pꝛo vapulādo hercle

Supinuꝫ in um.

* Sallus. ego a bs te mercedem petam. Coctum ego nō vapulatum dudum conductus sum.
Legatos ad iugurthā de iniurijs que stum misit Supinuz in u.
Supinum in um significat idem quod gerundiū in dum cū ad: sed in hoc differentia est quod gerundiū etiam sine verbo motus construitur. vt sedeo ad manducandum Supinum vero minime: quia male dicitur: mane sessum sedeo cantatum. Exceptio videtur in verbis impersonalibus. vt sessum est vel fuit. nā supinuz hic sessum est teste Diomede. Scribito autē vnam dictionem amatum est: vel amatū fuit: ne videatur esse oratio. Do venū etiam motus latens est. Supina in um actiue aut neutraliter significant omnia: preter ea que a neutris passiuis sunt. vt exulatum vapulatum etc.

Lectu proficit.
¶ Que in u desinit omnia passiue significant vbicunqz adiectiuis adherent. vt rarus inuentu: miserabile visu: dignū auditu etc. i. vt inueniatur: videatur: audiatur etc. Magna est differentia inter nomina. visu/cultu/ornatu etc. et supina visu cultu etc. quia nomina regunt: et actionem significāt. Supinū in u: nunqz regit. vt dulce in sensu meo: nomē est etc. Diomedes putat supinū in u: etiam actiue significare. vt lectu proficit: id est dum legit. vellem adduxisset aliquem veterum authoritatem: sed nulla est vt opinor. Ideo puto inepte dici/iste lectu pficit: nihil lectu sit nomen pro lectore. Dicam ego legendo pficit: nec recte dr Quid est hoc dictu: pro quid est hoc dicere: aut quid hoc sibi vult etc. Si aliter vel Lācilotus vel Capidurus loquatur nō imitaberis: quia veterū authoritate caret. Sunt qui putent recte dici lectu venio: vbi lectu actiue significat. ideo dixi vbicunqz adiectiuis adherent.

Lectu venio.
¶ An latine dicitur/lectu venio? Etiam Quia supinum in u construitur aliquādo cum verbo motus de loco: testibus Prisciano/Aldo manutio/et Lanciloto ɔtra Vallam. Priscianus lib. vij. venio venatu supinū est inquit. Libentius tamen per nomina loquar. veluti ab aratione: a lectione venio qz aratu venio etc. Plau. in menech. Obsonatu redeo. Statius. j. Achil. Et tunc venatu rediturū in limine primo. Opperiens. Cato in re rustica. Primus cubitu resurgat: postremus cubitū eat. Nebrissensis v ult hic cubitu. pro cubatione nomen esse: vt venatu pro venatione etc. Et certe ego mallem per nomina loqui: qz per supina. Priscianus ait recte dici misertū tui venio: misertu tui doleo: nocitū tibi propero: nocitu tibi gaudeo: vt supina sint pro innocendo etc. Errat in hoc proculdubio Priscian⁹: qz in u supina apud latinorum neminem talem constructionē habent Elegantissime construuntur sine vllo regimine cum adiectiuis. Teren. in Ecyra. Sum extra noxam: sed non est facile purgatu. Apulei⁹. ij. metā. Facilis hauritu pro haustu. Ouid. Turpe quiddā dictu: sed si modo vera fatemur Vulgus, amicitias vtilitate probat. Verg. Nec visu facilis: nec dictu effabilis vlli. Cicero. Nō facile est dictu quantopere conciliet animos comitas affabilitasqz sermonis. Sallustius. Optimum factu ratus fortunam. bello tentare. Idez. Que sibi quisqz facilia factu putat equo animo suscipit. sic nefas dictu: quia pro adiectiuo capitur. et loquitur ita Valla in. ij. ad Corinthios. Plinius. Acipenser piscis rarus inuentu. Dignus cultu ambiguus sermo est: quia tam nomen qz supinum esse potest/sic gubernatu/visu ornatu etc.

*Vergil. In breuis et syrtes vrget miserabile visu.

¶ Participia

Participium quare inuētum.
¶ Participijs figurā Carisius nō dat/nec formam: quia vtrāqz perpetuo talem habent qualem verbum. Species participio nō datur quia accidens datur cum variatur omne autem participium est deriuatiue speciei. Donatus figurā dat ppter pueros: quibus nō omnia subtiliter tradenda sunt. Hec ex Lanciloto. ¶ Quare inuentum est participiū? breuitatis et elegantie gratia: quia breuius et elegantius dicimus mulieres ornant se ne videntes eas derideāt: qz mulieres ornant se ne qui videant eas derideant. Valla putat hic necessitatis causa participiū poni: quia ridiculus esset sermo mulieres ornant se ne hoies videant eas: et ne derideant eas. Neqz enī ideo se ornant/ne videantur. quia cupiunt videri. Sed non est ita. quia nō debet ea oro sic declarari: sz vt ego exposui. Suffragat opinioni mee doctissim⁹ Ald⁹

Participiorum desinentie.
¶ Participiorum desinētie sunt: ans/ens presentis tēporis. tus/sus/xus preteriti tēporis. sic vus in vnico mortuus. quod diuus Augustinus nomen esse dicit rus et dus: futuri tēporis. Studiturus nō dicitur: quia studitū Diomedes negat inueniri Fruens Cicero dixit Sibila pro sibilantia participiū est teste Seruio. i. nomē fungens officio participij Virgi. Sibilla lambebant linguis vibrantib⁹ ora. sic fata qui dij loquuntur. Idem. ij. eneid. Et si fata deum si mens non leua fuisset. Statius. Et vocem fata loquuntur

¶ Participia pñtis tpis actiue: aut neutraliter significãt nisi exulãs &c. & si qñ poe- te grecos imitantur. Uer. Uoluentia plaustra. i. q volu untur. Apud latinos passiua pñtis tpis pticipiis carẽt vt actiua pteritis: nisi prãdeo prãsussum. & pauca alia p- pter hec aliqñ pñtibus p ptis vtimur. Ci. in Bru. Quũ e Sicilia decedẽs. rhodũ ve nissem. R' pficiscor nõ pficiscẽs hoc loco dixisset: sz pfect' vt. iii. offi. Si exẽpli cãvir bonus alexãdria pfectus magnũ frumenti numerũ Rhodũ adduxerit. hec Ualla.

¶ Quomodo resoluit participiũ? In relatiuũ & verbũ. vt Juueni diligẽter studẽti faueo. i. q studet. Ouid. Uenture memores iam nũc estote senecte. i. q veniet. Uergil. Post aliquot mea regna videns mirabor aristas. i. q videbo. & vt dixi pulchrior ser- mo est per participiũ: vt bonus vir vitia fugiẽs: virtuti studẽdo celũ lucrat. Ubi ens esset nec p ipm: nec p relatiuũ loquar. sz vtrũuis lepid' subaudiã: vt virũ liberalẽ laudãt oẽs: nõ virũ entẽ libera'ẽ: nec virũ q est liberalis &c. licet sit in vernacula ligua

¶ Resoluit scdo pticipiũ in si/dum/vel qr. vt sole lucẽte dies est. i. dũ sol lucet dies ẽ de hoc in fine regiminis abltĩ. Itẽ. Te virgis cesum dabo in cancã. Apprehensum capillis: hum; sternẽs in luto volutauit. ¶ Ubi pticipio vti non lz? Quũ in ntõ esse relatiuũ nõ põt: vt ego q tu gaudes sum paupior Codro. Grãmatice q doctus fui sti a me erit tibi honori. Petr' cui inseruiui est ingrat'. Silr nõ vteris pticipio sicu bi nullum reperiat. vt Petrus qui poscit a me veniam inexorabilis mihi videtur.

Participiorum resolutio.

Participio qñ lz non licet

participiorum formatio

participia cõmunia participis pteriti a neutris

¶ Ns. fit bam/vel bar in ns/versa preter iens & quiens. ¶ Ptm a supino abiecta s vt lectu lect'. Addita rus fit futur: vt lectu lecturus: vel a priore supino dẽpta m: & adiecta rus ¶ Dus fit a gtõ pñtis versa tis in dus: vt amãtis amãdus. In tertia & quarta undus: p end' veteres dixere: vt diuidũdus: gerũdus: facũdus: hereiscun dus: experiũdus &c. ¶ Cenatus: pransus: potus: ausus actiue & interiz passiue ca piunt: vt homo pransus: potus &c. holus pransum aqua pota &c. Hora. actiue di xit. Ne pranse lamine viuũ puerũ extrahat aluo. Lanie dicuntur pueros comesse

¶ E neutris legunt nõnunq participia preteriti tẽporis: vt euasus. discessus oc casus: obitus: interitus: senectus: decretus: exercitus: exoletus. i. qui euasit &c. Liui us. xxii. Exercitum inquit cesum seq euasum esse. Celius. Custodibus discessis mul ti interficerent. Lucilius. Que horis sublata duabus omnia sunt sole occaso. Li. Andro. Cupidus misero obito. Quadrigarius. Acriter cõmissa pugna multis inte ritis. Sallu. Oibus quibus senecto corpore virtus militaris erat a senesco. Andro nicus. nocte dieq decretũ & auctũ. Cice. xvii. epist. fa. Oia mea causa velles mihi suc cessa. i. successisse. Iniuratus: qui non iurauit. nomen est. sic impransus: inausus &c.

¶ Participiũ preteriti temporis pro infinitiuo licet esse subaudiat: ponit; elegãter cum oportuit. Cice. Ita factum non oportuit. i. fecisse. Terent. Nonne preditũ non ne communicatum oportuit? Plautus in menec. Quid statis? Quid dubitatis? iã sublimen ratum oportuit. Lancilotus negat participia esse: quia dicimus aduen- tum: & reditum oportuit pro aduenisse: redisse. Nec vnq legit participiũ aduẽtus: aut reditus. ego Lanciloto; refragor: qr si infinitiua verba: aut supia essent: nec nũe rum: nec genus reciperent. vtrunq falsum est: Terentius. in Heaut. Non relictas oportuit. Cice. Tantam rem illi seruatam oportuit. Plautus in Aulularia. Tu il- lam scibas non tuam esse: non attactam oportuit. subauditur esse vel fuisse: quod Cicero pro cluentio expressit Hac lege accusatum fuisse oportuit. Terentius aliter dixit Nonne oportuit me presisse ante non obest autem quod Plaut. in Per- sa ait. Dum stas reditum oportuit. quis aut impsonaliter reditum esse: a reddit est aut olim reditus a. tum dicebant: vt inuentum est obitus abitus &c. pro qui obijt et abijt vnde morte obita pro post mortem. Uergil. Morte obita quales fama est voli- tare figuras. Lucretius. Morte obita quorum tellus complectitur ossa. Sillius. ij. Morte obita lybic gremio captiua iacobo. Obeo ab/ob/pro ad/vt ob/os: pro ad os.

Participium pro infinitiuo.

Obitus

¶ Participium preteriti temporis eleganter datur verbis volo: facio: habeo: curo vt rogatum te habeo. i. rogo. Missa faciamus hec. id est dimittamus. Terẽtius. Iã inuentum tibi curabo: et adductum tuum Pamphilum idest inuenire: & adducere: aut inuentum esse &c.

¶ Preteritum ablatiui casus neutri generis eleganter pro infinitiuo iungit nomi nibus opus: & vsus. Sallusti. Priusq incipias: consulto & vbi consulueris mature facto opus est: idest consulere: et facere. Quod parato opus est para. Tullius. Ta- cito quum opus est clamas: quum tibi loqui conuenit obmutescis. Plautus in me necchmis. Ibo domum: vt parentur quibus paratis opus est. Idem in amphi Ubi

Participium ablatiui casus cuz opus

summus imperator non adest ad exercitu3: citius quod non facto vsus sit: q̄ q̄ facto est opus. Oppugnanti resistimus: idest dū oppugnamur: preteritū pro presenti quia presens in passiuis deest.

Participium futuri temporis

Rus. ¶ Futurus a sio etiā esse dicit non voce: sed sensu. Oraturus venio p oratū venio lepidus sermo. Saturus a sero. Phocas negat dicit apud Pliniū. tñ legit Fassur⁹ Ouid. Et non fassure nisi cogeret: velimus ardor. Lancilotus crediderat non inueniri. Est qn futurū in rus per relatiuum non declaret. Valer. maxi. de Crasso Ducturus erat a charris aduersus Parthos exercitum i. paratus ducere

Dus. ¶ Dus non solū v̄ba passiui gn̄is. aut cōis faciūt: sed oīa fere deponētia. nam fuerūt olim cōia: vt sequendus imitādus ₇c. ₇ q̄dam neutra vt vigilandus. Authoritate opus est. Tibul. Cum fletu nox vigilāda venit. sic vigilatus. Iuue. Frāge miser calamos vigilataq̄ prelia dele. Oui. Uirq̄ mihi dempto fine carēdus erit. Idē. Que venit indigne pena delenda venit. Luc. Uix famulis audēda parat. Mancinellus hec noīa esse dicit: vt penitēdus: pemtēdus: ₇c. Sal. Nō cor pudēdum sit. ¶ Deponentia plurima cōia fuisse docēt. Priscia. Nestor. Nebrissensis ₇c. Vergi. i. enei. Ipse vno gradit comitatus achate. Ouid. ix. met. Nec abest imitata voluptas. Stati. ij. Achil. Cōfessūq̄ tenēs. ₇ habētē noīa pyrrhū. Pendebat coniunx passiue dicit pro quē mater. Deidamia iam ꝯfitebat. Oui. Paup amet cauti tinca maledicere pau/

Profitēda per Multaq̄ diuitibus non patiēda ferat. Idem Non tibi sic dicces Philli sequēd⁹

* Oui. in cram. Priscianus nomen esse dixit: pro quē sequi debemus ₇c. Ci. Ab his derelict⁹

j. de arte. est a quibus tuēdus erat. Ennius apud Nonium. Audibo atq̄ auris contra tibi

Nec, speci vtendas dabo. Ouid. Multa rogāt vtenda dari: data reddere nolunt. Idem. Decoes veneris lor ₇factis in faciēda tuis. Idem Arcus ₇ arma tue tibi sūt imitanda Diane Et sūt

sp ꝓfitēda tñ euentu dura fatenda meo. Idem dicit profitenda tuenda ₇c. Hora. iiij. car. Pre-

roganti. lia coniugiōis loquenda. Idem Fidibus modulanda latinis.

Futurū fu ¶ Utrū participiū futuri tp̄is potest iungi verbo futuri tp̄is vt dicturus ero? Pōt

turo iūctū sed parce. Cice. in rheto. Demonstraturi crimus. Ouid. Tunc pcul absenti cura futurus eris. Idem. xiij. met. Si quis tñ Hercule si quis forte deū dolitur⁹ erit. Propertitus. Et si quid doliturus eris sūt testibus illis. Martialis. Margite me fluct⁹ quuz rediturus ero. Ouid. Ensifer orion aspiciendus erit. Idem. Huic pater ante oculos ductur⁹ hfidus erit. Cice. j. de orat. Erit acturus. sic agendus erit ₇ similia. sepe leges. Fore futuri tp̄is est nullū participiū admittens cuiuscūq̄ tp̄is: l3 Orosi⁹

Fore. dixerit. Actur fore: ideo non d̄r spero Henricū amantē fratres fore: s3 p nomē amātē fratrū: ₇ spo te acceptū illis fore non ab illis: vt nomē sit nō participium. Cicero Spero amicitiā nostrā notū posteritati fore: nō dixit a posteritate. Spero hūc puerum admirādū virū fore. i. admiratione dignū. nomen est. Ratio cur participio non iungit q₂ apud doctissimos sic nunq̄ inuenit teste Valla. Perottus. Lancilot. Calepinus pluresq̄ gloriosum putātes Valle obstrepere dicunt fore reperiri cum participio apud Cesa. Nonnulli etiā Cesari nunciabant quum castra moueri: aut signa ferri iussisset non fore dicto audiētes milites. Verū fallunt. q₂ cum dicimus audiēs dicto nomē est audiēs teste Diomede: nec obstat q̄ audio dicto legat: q₂ obediēs cū

Audiētes dtō non solū participiū. sed etiā nomen esse posse comparatio indicat Liu. in vj. Im-

fore. perūs obedientissimū: sic etiā audiēs dicto ₇c. Tullius iiij. epi. ad Appiuz. Quasi diuinalem tali in officio fore mihi expetendū aliqn̄ studiū tuū. Badius ordinat fore diuinarem: ₇ in expetendū subaudit esse. Ego tñ inueni semel fore cuz futuro. Cice. v. ad Atticū. Addis si quid secus te ad me fore venturum.

¶ Quot modis participiuz transit in nomen? Quinq̄: Primo

constructione: quū alium q̄ verbum regit casum: vt scitus vadorum acceptus tibi

Participi, ¶ Secundo cōparatione: vt amans nomen est quum facit cōparatiuū amantior In p

uz transit ticipio bene fit cōparatio per magis: vt in v̄bo veluti magis amo. maxime amo. sic

in nomen amans deū: magis amās deū ₇c. ¶ Tertio cōpositione quoties aliter componit: q̄ verbū vt illesus. innocens: indecens: indiligens: incautus: incontinens: idoct⁹: inornatus: ₇ similia noīa sunt: quia non dicimus illedo: sed illido: nec innoceo. Idecet in diligo ₇c. ¶ Quarto amissione tp̄is: vt palleat ois amans beatus pro diuite ₇c. ¶ Quinto amissione significationis: vt indictus p nō dictus: q₂ indico nō significat non dico: sic inauditus p non audit⁹: ingenitus p nō genit⁹ noīa sunt. Silr amana

dus pro dignus amari &c. Putaui ad te scribendũ. Existimaui hãc rem tractandũ Censui tibi illud significandũ. i. dignũ scribi tractari &c. que oratio idem valet quod scripsi: tractaui &c. sed nõ sine deliberatione tamen nec inconsulto inquit Valla. Cõtinens pro cõtinuus nomen est. vt oratio continens. incendiũ cõtinens: & cõtinens p̃ terra nõ insula nomen est. vt oriens/occidens/cõsonãs/profluens/cõfluens/antecedens/cõsequẽs/accidens & cetera significationẽ mutantia: veluti diligens p̃ strenuam operam rei dante. Et licet Valla videatur dissentire nomina esse: sentio cum Lanciloto: euidens pro manifesto: vt euidẽs negocium: quod videtur: & clare intelligitur. Indulgens facies: cui indulgetur: & que sub preterita voce declarãtur actiue. vt argutus. i. acutus/subtilis: vt arguta Platonis disputatio: & sonor⁹. vt arguta auis. arguta ilex. Verg. Forte sub arguta cõsederat ilice Daphnis. Cautus callidus qui scit sibi cauere interdũ qui cauetur. Cicero. Quo res mulieri esset cautior. Contentus qui continet quod animo satisfacit. vt cõtentus vxore/cibo &c. sic Valla: cui obstrepit Calepinus sed paruifacio. ne dicas contentor aris. Circunspectus sagax qui rem callide circunspicit. Qui circũspicitur dicitur cõspicuus Cõsyderatus qui agenda bene consyderat. Huic aduersatur incõsyderatus. Defectus qui deficit. Martia. Dulcia defecta modulatur carmina lingua. Cantator cygn⁹ funeris ipse sui. Disertus: qui disserit: & differentiã nouit inter elegans & inelegãs. ¶ Discret⁹ prudens: qui rem malã a bona probe discernit. ita Neoterici capiunt et discretionẽ pro sapientia aut prudentia: sed nos ita nõ vtemur si latinos imitari velimus: qui discretus pro separatus semp capiunt: & discretio p̃ separatio. vel distinctio. ¶ Falsus qui fallit: aliqñ etiã qui fallit. & dicimus hec res falsum me habuit. i. fefellit me. Terentius. Charine falsus es. i. deceptus. ¶ Ignotus aliquando est qui ignorat. Quintiliã. Ne quis tamen erret ignotus. ¶ Exoletus qui adultus est. Plautus. Reliqui domi exoletam virginem. Adultus qui adoleuit. Excretus hedus qui excreuit. Cõplacitus qui cõplacet. Fluxa fortuna que fluit: & inconstãs est. Profusus qui pfundit: & supra modum sumptuosus. Scitus qui scit & elegans atq; subtilis pulcherq; vt scita interrogatio. scitus puer scitum dictũ. Tutus qui defendit: et qui defendit. vt in tuta vrbe tutissimus. Tacitus qui tacet aliqñ etiam qui tacet. Verg. Quis te magne Cato tacitũ: aut te Cosse relinquat: Delibutus. i. vnctus & imbutus. participiũ est a verbo delibuo: vt in v. lib. grãmatice mee ostendi. Pregnans participiũ a quo verbo sit nescio/inquit Valla. Iuratus/cenatus/laxatus &c. participia esse vult Seruius a iuro ceno latro &c galeatus: ocreatus: nomina esse dicit: quia nulla vba sunt vnde hec formari possent. Tunicat⁹ participiũ dici põt quia tunico as. lectũ est. Varro. Hec lanigeras detenderi docuit tunicareq; homulum. ¶ Sunt participia in rus rei qualitatem & vtilitatem magis q̃ tempus indicantia: necq; tamen tempore penitus orbata: licet enim nõ quod iam futurum est significant: tamen significant quod futurum fuerat: nisi aliquid obstitisset et ita non admittitur ratio futuri: ideo participia sunt talia non nomina: licet dissentiat cũ Valla Aldus. vt pretermissurus. i. talis qui pmitteret nisi hoc: aut illud obstaret. & regunt casus vbor: quod nominibus saltem quantũ ad accusatiuum sine figura nõ contingit. Plinius iunior. Itaq; partem oneris tui mihi vendo: & tanq̃ parens alter puelle nostre confero quinquaginta milia nummũ plus collaturus nisi a verecundia tua sola mediocritate munusculi impetrari posse confiderẽ ne recusares. Sene. episto. xviii. de mecenate. Ingeniosus ille vir fuit. magnũ eloquentie Romane daturus exemplũ nisi illũ eneruasset felicitas. Idẽ de natu. questio. Nullam autem mentionem fecit cometarum: nõ pretermissurus. si quid explorati apud illos comperisset Quintilianus. Necq; omnino huius rei meminit vsq; poeta ipse profecto nõ taciturus de tanta sua gloria. Ornate sic loquemur quoties dicendum fuerit. qui dedissem/scripsissem &c. nisi hoc aut illud impedisset veluti/ Rogaui patrem tres aureos. plus petiturus nisi repulsam timuissem.

Cõtinens
Argutus
Cautus
Contẽtus.
Circũspectus
Consyderatus.
Defectus.
Disertus.
Discretus
Falsus
Ignotus
Exoletus
Adultus
Excretus
Fluxus
Profus⁹.
* Sallus. Alieni appetens sui profusus.
Ocitus
Tutus
Tacitus
* Iurat⁹ q̃ iurauit Iuue. Orius iurato me tuã tibi credere testi.
participia in rus que Valla nomina esse vult.

¶ Regula generalis vtilissima.

Nam regimen sit idem si significatio par sit.

¶ Vbi significatio est eadem: est & constructio eadem. vt comparatiuus significat idem quod positiuus. ergo regit casum positiui. vt doctior pile: q̃ dicimus doctus

cet Valla. Iusti. lib. v. Gratulabundus patrie exspirauit. Tactio amatio &c. olim: re-
gebant verborum casus. Plautus in Aulular. Quid tibi nos mendicos homo tactio
est. Exosus & perosus participia sunt: vt ante docui.

¶ Sexto. Neutra verba pro actiuis habent actiuorum casus vt — Neutra pro actiuis
Ardeo deum. pro valde amo. sono hominem: pro sono exhibeo & sunt exempla huius mo- — Ardeo
di poetica magis quam oratoria quamquam oratoria & historica interdum. Verg. Formosum
pastor. Corydon ardebat. Alexim. dicimus etiam ardeo virgine. i. propter virginem amo
re estuo. Hora. Ode. iiii. lib. ii. Arsit Atrides medio in triumpho virgine rapta. & ardeo
in illa. Ouid. Arsit. & excides in menalia atlenta. Vergili⁹. Formosam resonare do-
ces amaryllida syluas. Idem. Pars stupet innupte donum exitiale Minerue. i. stu
pida admiratur. Cice de fini. bo. Hec cum loqueris Varrones stupemus. Stupes vi-
tio. i. insanus factus est vitiis: & tanquam perditis sensibus nescis te in vitiis esse. Persi. — Stupeo.
Sed stupet hic vitio & fibris increuit opimum pingue. Pereo & depereo puellam. i. insa
ne & perdite amo. Plaut⁹ in trucu. Tres vnam pereunt adulescentes mulierem. Demorior — Pereo.
te. i. vehementissime amo. Idem in milite. Ea demoritur te. in sacris. Exultat lingua — Depereo
mea iustitiam tuam. nubes pluant iustum. Dicimus sanguis pluit: & pluit sanguine. Ti- — Demorior
bul. ii. Multus & in terra depluerit que lapis. Stati. vii. theaba. Saxa pluunt. Liui⁹. — Pluo.
Nunciatum est in albano lapidibus pluisse: apud eundem per actm legeres: pluit san
guinem. Iesum tremunt barathra mors cruenta pauet. Manet me supplicium. i.
expectat & futurum est mihi. Vergi. Vitam degere more ferę. i. agere. Idem. Nunc
amici casum gemit. i. defleet gemo dolore per ablatm. i. propter dolorem. ¶ Calleo hanc — Gemo
rem. i. optime scio. Persius. Dicenda tacendaque calles: vbi neutrum manet: ablati- — Calleo.
uum regit. Gellius. x. cap. xxii. Necesse est eum rerum omnium esse imperitum qua-
rum vsu calleat oportet quisquis honestus probusque est futurus. Rideo & ludo &c. pro — * Horati.
derideo et deludo non inuenusta sunt. Curro cursum. viuo vitam. Gaudeo gaudi — Legitimum
um: seruio seruitutem &c. huc pertinent. Vergili⁹. x. ii. eneid. Amplius hunc oro sine — que sonum di-
me furere ante furorem. Et i. ene. Quid natum toties crudelis tu quoque falsis ludis — gitis
imaginibus. i. illudis. Ludo aleam & alea. Sueto. in Augusto. Lusit assidue aleam — callemus
Stat. ix. theba. Tu dulces lituos hululataque prelia gaudes. Boetius. iiii. de conso. — & aure.
Segnis ac stupidus torpet asinum viuit. i. viuendo exhibet & pre se fert. Iuuena. — Ludo.
Qui curios simulant & bacchanalia viuunt. Apuleius. v. met. Deam spirat mulier — Asinum vi
i. confidit se deam fore. hic inuentis contentus eris: qui non dices hic viuit diabolum — uit.
bibit vaccam &c sed in modum diaboli vacce &c. Salue eternum: longum vale tempo- — Deam spi
ris actum est: nec huc pertinet: viuit asinum. i. asinine. vt multi declarant. Eo viam et — rat.
via. Verg. enei. iiii. Longam incomitata videtur ire viam. Teren. in phor. Eo recta — Eo.
via equidem illuc. Boeti. Syluas dulci voce susurrat id est susurro replet. Vergili.
Nec vox hominem sonat. Sic verba ad sensus pertinentia sepe pro actiuis sumuntur tam
in prosa quam carmine. Quint. libro. viii. Si fieri potest & verba omnia & vox huius alumnum — Oleo.
vrbis oleant: vt oratio Romana plane videatur non ciuitate donata. Terent. Olet vn-
guenta. Hora. Pastillos rusticus olet. Sic in quadragesima cybus olet ol ii. Pulis
olet adustionem. Oratio Demosthenis olet lucernam. Olim dicebant per tertiam
olo is. sic capitur teste Prisciano in Mustel. Plau. Non omnes possunt olere vnguenta
exoletica. litere, tue redolent antiquitatem. Ver. Feruet opus redolentque thymo fra — Redoleo.
grantia mella. Thymo regitur a fragrantia non redolent. Cice. in ant. Vinum redo-
lentibus. Ouidius inusitate per ablatm dixit. teste Diomede. Perque locos sacros et
olentia sulphure fertur. Suboleo datm pulchre regit: vt hec res subolet mihi. i. hanc
rem presentia, & quasi odore percipio. Plau. in cas. Subolet hoc iam vxori. Terenti. — Suboleo
in phor. Nunquid patri subolent. Epistola tua miram sapit elegantiam: hec apit.
esca fauum. Caro sapit adustionem. Ceruisia sapit vas. verba tua sapiunt stultitiam
Persius. Quum sapimus patruos tunc tunc ignoscite. — Sapio.

Regula accusatiui secunda.

Omne dat atiuum (tolle interdicere) quartum
Hoc verbum sextum pro quarto sepius optat.

¶ Omne verbum actiuum regit post se actm rei patientis: qui in oratione passiua

trio cōmitto. Facio sermonez.i.habeo.at facio verba nō habeo. Facio morā.i.moror
Facio missa.omitto. Facio rem diuinaz: i.sacrifico. Facio ad hanc rez.i.ꝓsuz. Oui.
Nō facit ad lachrymas barbitos vlla meas. Facio mulieri:coeo. Facio finē.i.finio
Facio te certiorem nō certū nisi poetice. Uerg. Anchisen facio certū. Certiorem me=
tri ratio nō admittit. Ago certiorē nunꝙ dices. Facio tibi gratū:nō ago. Feci fugā
i. fugi.feci timorē.i.incussi.feci copiā:nō egi:dedi aut ꝓstiti. Feci lucrū nō acquisi=
ui lucrū.feci vrinā aut stercus(honor sit auribus)nō emisi.feci iniuriā nō do:sz.bn
do dānū:facio iacturā ⁊ do malū nō cōtra.at patior infamiā aut ꝯtumeliā: nō facio
Afficio te molestia meli⁹ ꝙ facio tibi molestiam:hec plura apd Uallā/ Lancilotū/
reliquosqꝫ inuenies. ¶ Deficio te.i.destituo:derelinquo. Nota. Sectātē leuia nerui Deficio.
deficiunt. Cice.ꝓ. Roscio. Tpo te citius ꝙ oratio deficeret. Ouid. Deficior prudens
artis vel arte mea. ¶ Scdo deficio neutruz cum dtō significat deesse.vt deficit his Defectus.
nūmus. Uerg.ij.geor. Arbusta sacre deficerent sylue.hinc defectus.vt Petrus defe
ctu medici perijt.i.quia non habuit medicum. Male capitur pro culpa.
¶ Tertio deficio neutrum recipit actm̄ cū prepōne ad: ⁊ ablm̄ cū prepositiōe a vel
ab:pro recedo. Sucto.in Uitel. Quin prius a Galba ad senatum defecerat.hinc de
fectio.i.recessio a supiore:aut duce.aut principe:⁊ quedam quasi rebellio.
¶ Quarto deficio hac re.i.careo. Colu. Comede fluunt nec deficiunt macro solo.
¶ Duco diem de die.i.in longū ꝓtraho.. Dico diem.i.tempus constituo.
¶ Cruento vestem.i.cruore maculo. Uerg.x.enei. Tundit humum expirans:infra= Cruento
ctaqꝫ tela cruentat .vulgus male dicit cruento pro sanguinem emitto e naso. Dico
et refero grates poeticum est. Idem.xj.enei. O decus Italie virgo quas dicere gra refero gra
tes qualve referre parem. Uindico te.i.vlciscor vindico in te.i.punio te. Sallustius tes.
vindicatum fuit innoxios. Assero te ab iniuria.i.defendo. ¶ Pecco scripturā.i.male Uindico.
lego. Plau.in bacchidi. Librum legeres:si vnam peccauisses syllabam fieret corium Assero.
tā maculosuz ꝙ est nutricis pallium. Adamo aliquando⁹ de honesto amore dicit̄ Pecco.
Cicero.iij.de oratore. Oratoris perfecti pulchritudinem adamasti. Deamo val= Adamo
de amo .Colo. Cum amore veneror. Deduco nauē.i.ex nauali in aquaz duco. Sub Deduco.
duco nauem.idest ad terram duco. Uer. Subducite naues. Ago oues idest ante me Subduco
cogendo impello. Ago equuz vel ante me cogo vel insidendo moderor. Inchoo hāc nauem
rem id est incipio. Uergilius in georgi. Te sine nil altum mens inchoat. Et.vj.enei. Ago.
Nocturnas inchoat aras. Inchoo scribere vix vnꝙ inuenies:sed incipio scribere. Inchoo.
quia inchoo teste Lanciloto.vix infinitiuū admittit. Incipio vix sine infinitiuo sal= Incipio.
tem subaudito ponitur .recte dicitur. Liber inchoat:vt bene contra Galeotum do=
cet. Merula. Licet Quintilianus credatur dixisse liber inchoat. Mendum. certe est
apud Fabium:vt opinor. Recte tamen dicimus liber.incipit. Plau.in capti. ꝙ diu
id factum est: Annus incipit vigesimus.
¶ Inesco quasi esca decipio. Terentius. Nescis inescare homines Samnio. Inesco.
¶ Mereor meres.i.lucror. Nota.hic meret erat liber socijs Sucto.in Nero. Quorū Merco
duces quadraginta milia sestertia merebant. Merco ere cū ablatiuo precij.i.mili=
to. Luca. Ere merent paruo. Taceo ⁊ sileo hanc rem: ⁊ de hac re. Exaro librum aut Exaro.
epistolam.i.scribo. Ci.xv.ad atticū. Arpinū proficiscens literas exaraui. Disputo: Disputo
discepto hāc rem: ⁊ de hac re. Gelat frigus herbaz. Seneca in natura. Qua frig⁹ Gelo.
ab ipsa tenuitate facile gelat.
¶ Declino hanc rem.i.deuito. Cicero.j officio. Declinetqꝫ ea que nocitura vident̄. Declino.
Dec lino a te idest caueo.sensus fere idem est. Cice.iiij. Tusc. A malis natura decli=
namus. Idem in Lelio. Declinandum est de via.i.recedendum aut deflectendum. Decollo.
Decollo.i.collum aufero aut collo spolio. Suctonius in calligula. Miles decollan
di artifex quibuscūqꝫ e custodia capita amputabat. Fenestella.libr.ij. Quemadmo
dum Cesar a piratis captus sitvtqꝫ eos postea ceperit ⁊ decollauerit. Afranius.
Nunc Iouem in tuo collo habes:decolles caue.i.deponas ⁊ (vt per iocuz dicatur) Inclino.
collum ei frangas. ¶ Inclino inflecto. Iuuenalis. Atqꝫ ipsos etiam inclinare mari Inclamo
tos. Inclamo.i carpo. Plautus.in stic. Tuos inclama:tui delinquunt. Clamo te.i. Clamo.
voco. Idē. Plaudūt partim:clamitant me vt reuertar.sepe est absolutū. Sero preto Sero.
rē consulem ⁊c.i.sum pretor ⁊c.lepide sic loqueris. ¶ Affecto rem.i.nimio affectu ⁊ Affecto.
anxie quero.hinc affectatus sermo.i.nimium curiosus:⁊ affectate loqui idest nimio
anxie ⁊ curiose ⁊ quadā cū ostentatione loqui interduz pro afficio capitur. Plaut.
Tria flagitia ait.damna:quibus patrem ⁊ me teqꝫ amicosqꝫ omnes affectas.

Capero

❡ Capero frontem .i. rugis contraho ⁊ aſperitatem vultus oſtēdo tractū ⁊ cap:a frontib⁹ criſpis: ⁊ dicimus. Capero frontē: ⁊ caperat mihi frons. Plau. Quid illud eſt q̄ ille caperat frontem ſeueritudine. Idem in epi. Quid illi caperat frons.

❡ Ventilo triticum: ventilo faciem flabello.

Ventilo

Cic. Et eſt ſenectus natura lo- quatior ne ab oibus eam vitiis videat vin dicare. Var. Qui in exercitu donati eſ- ſent ⁊ ere publico mererent

❡ Appeto vinum abſolute ſignificat appropinquo: vt nox appetit. Liuius. x. Iam lux appetebat. Et appetebat tempus comitiorū: ſic in eodem ſepiſſime Gellius. ij. cap. xxix. Auicula eſt parua: nomen eſt caſſita. Habitat indulaturq̄ in ſegetibus id ferme temporis. vt appetat meſſis. Pli. lib. v epi. Appetebat iudicij dies. Peperi pa cem. Sil. li. iiij. dixit. Et metui perere manu: hic metui infinitiu⁹ eſt loco accuſatiui pro ſui metum manu .i. vi. hoc eſt vt fecerunt vt timerent. Melius inſtauro q̄ re ſtauro dicimus. Th̄ reſtauro niſi mendū eſt: dixit Tit. Li. lib. v. Senatuſconſultum facit: fama oia (quod ea hoſtis poſſediſſet reſtaurarent terminarentur: expiarentur q̄ Oroſius vij. De reſtaurando cultu idolorum. Iuſtin⁹ lib. ij. Darius cum bellum reſtauraret: in ipſo apparatu decidit. Et lib. iij. Poſt longam penarū patiētiā bellum reſtaurant. ſic apud eundem reperies li. xx. ⁊ xxxi ❡ Obtrecto hanc rem .i. vitupero: obtrecto tibi .i. obſtrligo ⁊ maledico. Sil. xj. Dum malus obtrectat facta immortalia liuor. Cicero Dolobelle. Non tam id laboro: vt ſiqui mihi obtrectent a te refutent: q̄ intelligi cupio me a te amari. Prolixus foret liber: ſi quecunq̄ actiui generis verba notatu digna velim declarare. Itaq̄ receptui cano.

Appeto
Paro
Reſtauro
Obtrecto
Quieſco.

❡ Secūdo verba neutri generis actiue ſumpta regunt accuſatiuum:

vt quieſco: pro quietum facio: ⁊ pro hoc requieſco. Plaut. Quieſce tumultum hunc qui eſt ante hoſtiū. Verg. Et mutata ſuos requirunt flumina curſus. Salluſtius. Paulum requietis militibus: participiū eſt ſine verbo paſſiuo. Nam quieſcor nuſquam legit teſte Seruio. Ardeo/ſapio/oleo ⁊c. vbi actiuū habent huc pertinēt vt multa alia de quibus in precedente lectione. Sonuit tertiam horam: et tertia hora pulſata eſt Odi: memini: pepigi: huc pertinent.

Coco.
Duro.
Sudo.
Salco.

❡ Coco neutrum .i. conuenio. Coco actiuum .i. facio. vt coco ſocietatem cum Petro. Cice. in Phili. Cn. Pompei cum C. Ceſare ſocietatem vtinam nunq̄ coiiſſes. Duro neutrum eſt .i. durus ſum aut vt perſeuero. Vergilius. Durate ⁊ voſmet reb⁹ ſeruate ſecundis. Duro actiuum durum facio: vt ſol durat lutū. Fluit terra lac. in ſacris legitur vt ſtillabunt montes dulcedinem. Sudo ſanguinem. Liu. lib. xxij. Duo ſcuta ſanguinem ſudaſſe. Sallio neutrum notum eſt. ſallio actiuum .i. ineo. Ouid. ij. de arte. Leta ſalitur ouis. hinc ſalax ſalacitas.

❡ Tertio deponentia: vt abbominor magum: populor agros ⁊c.

Grauor.
Grauo
Dedignor

grauor lucem .i. moleſte ⁊ egre patior ſiue fero. v⁹. grauor aduentum creditoris preſentiam hoſtis ⁊c. Vergilius. x. enei. Cui Iuno illachrymans quid ſi que voce grauaris Mente dares. Suetonius in Aug. Ampla ⁊ operoſa pretoria grauabat. Sillius. ij. Abrumpere vitam. Ocyus attoniti querunt lucemq̄ grauentur. Grauo grauas .i. premo onero: moleſto actiuum eſt: cuius paſſiuū eſt grauor: vt grauaris pluuia. Vergi. Nec me labor iſte grauabit. Oui. iij triſtiū. Illa meos caſus aggrauat: illa leuat. Dedignor hanc rem. olim etiam hac re: teſte Seruio.

Cōqueror
Miror.

❡ Conqueror hanc rem ob hanc rem. hac re: ⁊ de hac re. Conqueror tibi ⁊ apud te pbat oīa in theſauro ſuo Mancinellus: vt indignor hanc rē ⁊ hac re. ❡ Miror me .i. placeo mihi. ſic miraris te ⁊c. Cicero dixit per ablatiuū. Admiratus nouitate nominis .i. propter nouitatem. Odoror hanc rem .i. odore pcipio. lectum eſt etiam odoro odoras. Vlciſcor iniuriam .i. facio. de iniuria vindictam. Quintilianus. Habet interim lachrymas ex miſeratione eius rei quā vlciſcitur. ſic vlciſcor te: ⁊ vlciſcor de te .i. punio te aut vindictam de te ſumo. Terentius. Haud de te vlciſci ſinit. Suauior etiam in bonum capitur. Cice. Atticum noſtrum cupio ſuauiari.

Vlciſcor
Suauior.
Molior.
Ludificor
Moror

❡ Molior habenas .i. guberno. Molior inſidias tibi .i. cogito: paro. Molior arcem .i. edifico ⁊c. Ludificor .i. per iocos ⁊ ludum fallo. vt Fauni per noctem: ludificantur mulieres: aucupor gloriam: veneror famam. ſic adipiſcor: nanciſcor ⁊c.

❡ Quarto communia actiue capta: vt largior panē ⁊c.

Moror patrem idest expecto etiam ſignificat in mora teneo. Quintilian⁹. Quid me adhuc

pater retines? quid moraris abeuntem? Capit etiam pro curo vel estimo. Plaut⁹. Nihil moror istas magnas dotes dapsiles. vbi moraris .i. habitas. Hortor te ad virtutem vel de virtute. sic abhortor. Uide Mancinelli thesaurū. Hec pauxillū annotasse iam sufficiat. Nam si quis plene vellet omnia huius regule verba enucleare: hac vnica regula oppidoq̃ magnus liber fieret.

¶ Regula tertia

Celo: rogo: doceo: geminant: vt vestio quartos
Diuersos. dices veniam bene poscimus abs te.
Induo veste Petrum dic: aut vestem induo Petro:
Rem tibi vel de re te celo: dicimus apte.
Te doceo de grammatica: tu dicito parce.

¶ Celo cū verbis rogandi / docendi / vestiendi: regit duos actōs pro diuersis acceptos. vt celo te arcana mea: doceo discipulos poesim: rogo magistrum veniam. vestio te subuculam. induo te tunicam. Cur dixisti duos actōs pro diuersis acceptos? Quia duos actōs ad eandē rem pertinentes: aut qui significantur ad eandem rem pertinere bene regunt alia verba: vt voco te hominē: facio te sacerdotem. voco te asinum. Uerba huius regule dicunt vehementissime transitionis: vt dictū est. oportet autem in neutro accusatiuo prepositionē subaudiri. ideo habeo nō est huius regule: qz quum dr̃ Id tibi habeo gratiā: subaudit ob vel ꝓpter. Ge. ix. ca. iij. Filiū mihi genitum scito: qd̃ quidem diis habeo gratiam. ¶ Uerba passiua horū regunt posteriorem actm̃ qui fere est rei inanime. vt rogo te veniam. tu rogaris a me veniā. Salust. in Catil. Per legatos cūcta edoctus. Gellius. Grecas literas eruditus. Uergil. ij. ene. Et inutile ferrū cingitur. Mart. Nescit cui dederit Tyriam Crispus abollā. Dum mutat cultus induiturq̃ togā. ¶ Defraudo nō est huius regule: qz dicimus fraudo te pecunia nō pecuniā. Quod autē in euāgelio dr̃. Si quid al: quē defraudaui reddo quadruplū: nihil contra me: qz si quid capitur aduerbialiter pro si in aliquo. vt quid te lesi .i. in quo. In sacris etiā legi: Expoliantes vos veterem hominē. Nos per ablatiuum dūtaxat dicimus / Expolio te veste. ¶ Magistro as .i. moderor / guberno: doceo nō regit duos actōs cōtra Rempenē. qz in Catone / Inuenies alidd qd̃ te vitare magistro. vterq̃ actūs regit a vitare. Te quidē a frōte. qd̃ vero a tergo ¶ Multo in sacris duos actōs hz: vt Esdre. iij. Multauit gentem argenti talēta centum: et auri talētū vnū: forsan subaudit vsq̃ ad: vt multauit gentē vsq̃ ad centum talenta argenti et c. ¶ Celo quotuplicē constructionem habet? Triplicē. primo regit duos actōs. vt celo te hāc rem .i. nolo te scire hanc rem. Teren. in adel. Ea ne me celet. Ouid. Hoc te celauimus vnū. ¶ Secundo pro priore actō dtm̃ habet: aut cum a vel ab ablm̃. vt celo tibi consiliū meum. Teren. in phor. Si hoc celet patri m. metu sum. Emilius ꝓbus de vita Alcibiadis. Id Alcibiadi diutius celari nō potuit. Luca. A superis celare diē. ¶ Tertio ꝓ posteriore actō hz actm̃ cū prepōne de. Ci. lib. vij. epist. Bassus noster de hoc me libro celauit. Celo pro sculpo huc nō pertinet.

¶ Da rogandi verba. Rogo / oro / precor / posco / postulo / obsecro / flagito / exigo / peto / interrogo / percontor / moneo / admoneo: sub quibus cōprehendi iso iubeo: et consulo: quia aliquando duos accusatiuos diuersos habere docui.

¶ Quotuplicem constructionem habent verba rogandi? Duplicem. Prius regunt duos accusatiuos diuersos. Tullius. Hoc te obsecrat. Uergi. xi. Pacē te poscimus omnes Turne. Precor te hanc rem. efflagito id est vehementer postulo. In libro regum. Dedit mihi dominus petitionem quam postulaui eum. Plau. quam tu virginem me reposcis. In sacris Si filius petierit patrem suum ouum nunquid dabit ei scorpionem? Sic in sacris sepissime reperies: apud alios rarissime: qz per sequentem modū sepius habet ablatiuū cum prepositione vt peto a te ouum. Inuenitur tamen etiā cum duobus accusatiuis. Corne. Tacitus. Experimentis cognitum est barbaros male Romam petere reges q̃ habere. Plinius. lib. iij. capite .j. Qui Lusitaniam et Tarraconensem accolunt iura Cordubam petunt. In euang. Interrogabo et ego vos vnū sermonē. Plau. in pseu. Sunt que te volumus percuntari. Luca.

Defraudo

Magistro

Multo
Celo
Rogandi verba.
* Moneo Terē. Habeo ꝓ illa re qd̃ illū moneam probe.
Admoneo post actm̃ principalē potius cū gtō ꝯstruit Tibul. admonuit dominę: deceptus que venus.

Precor
* Postulo cum abltō iūgit psalmograph⁹ Hiero. interprete Postula a me ꝛ dabo tibi gentes
Oro
Hortor
Exigo
Supplico.

Dux etiam votis hoc te fortuna precaꝛ. hoc verbū antique cū dtō nō cōmuni legiꝛ. Verg. lib. viij. Optime graiugenū cui me fortuna precari: similiter oro. Terē. Credo ꝙ mihi sic oret sic in sacris. Postulaui patri meo orari: sed non est imitandū. Alis bene reperiuntur cū datiuo communi. vt posce mihi magistrum veniam. sic rogo te. mihi. i. pro me. Plau. Hanc veniā illis sine te exorem. rogo tibi nūmos pro rogo te male dicitur. Mart. Quū rogo te nummos pro pignore: nō habeo inquis. Tullius. Sed vt ego quoq aliquid te admoneā. Idem prima in Catili. Quod te iamdudum hortor. Idem primo de legibus. Te veritatē exigant: sic exigo te nūmos. Cecilius. Ego illud minus nihilo exigor portoriū. Metellus. Quū sese sciret in tm̄ crimen venisse atq socios ad senatū questū flētes venisse sese maximas pecunias exactos esse ❡ Supplico nō est rogandi verbū ꝓprie: qꝛ quū dico: est supplico tibi: subauditur/ genu aut poplitē: ꝛ ita rogo. Nam genu ad poplitē plicamus quū a potentiore magnū aliquid petimus. Terē. in and. Ipsum hunc orabo: huic supplicabo. semp dtm̄ habet. Priscian⁹ vult etiā actm̄ habere: sed desyderauimus testimoniū. Itaq synonyma rarissime aut nunq̄ diuersos regunt casus. Nam decipio te: impono tibi: comedo panem: vescor pane ꝛc. ꝓprie synonyma non sunt: qꝛ impono tibi subauditur fraude. vescor. i. nutrior nō comedo ꝛc. ❡ Secūdo regūt actm̄. ꝛ intercedente prepositione abltm̄. vt exigo a te vel de te pecuniam. peto a te hanc rem: vel ex te aut de te. Verg. xi. Ipsum obtestemur veniāq̄ oremus ab ipo. Cic. ꝑ murena. Eadem precor a dijs immortalibus. ꝛ alibi. A te peto vt honoris mei causa eum expedias. Calep. iungit ṽbis rogandi q̄ro. vt quero te hāc rē vel a te. Ego cū duobus actis nondū inueni: nec cū dtō more indoctoꝝ. Quero tibi sed intercedēte prepōne cū abltō. Persi. Quere ex me q̄s mihi quartusi sit pr̄: haud prōpte dicā. Plau. in asi. Redde operam mihi cur hoc ego ex te querā. Ibidem videtur dtm̄ habere. Perdiū fidiū queris iurato mihi video necesse esse loqui quicq̄d roges: sed hic quero dtm̄ nō habet iurato mihi ordinatur cum necesse est eloqui. Cice. ij. de fini. Quero de te. et alibi: quero ex te: quero te: ꝛ quero abs te: quam ob causam recusaris: sic idem semper

Quero.

Doceo.
Subdoceo
Dedoceo.
Erudio
Instruo
* Instruo. ait Valla. quale ē instruā te in via hac q̄ gradieris apud idoneos autores nobis incōpertū est.

❡ Da docendi verba. Doceo: dedoceo: ꝑdoceo: erudio: instruo

¶ Nomen forme vel modi regitur in abltõ sine prepõne a verbo ꝛ adiectiuo nomine aliqñ etiam a substantiuo quotiescunꝙ apte fieret interrogatio per quõ: vt cãto alta voce: aspicio te toruis oculis. Facies miris modis pallida. ecce si quis querat: quõ cantas: apte rñdebis: submissa voce. graui accẽtu. quõ hic est magister: noie ꝛ titulo non re. Oui. Tres sumus imbelles nũero. Liui. Plures nũero ꝙ ipsi erãt ceciderunt. Iustus iustitia ꝛ similia huc reducunt. vt caleo calore: ꝛ si quid tale inueniatur noie. Petrus: cognoie Paulus. noie grãmaticus: re barbarus. Sum tibi natura pater preceptor consilijs. Troianus origine. Cesar. Spe diues: re pauper. Non iniuria id feci. More meo doceo: authoritate mea id feci. Iure meo hoc mihi vendico .i. concessa mihi ab oibus libertate. Pro iure meo dico .i. confidenter. Item recito duplici prolatione. Summopere desydero. Magno desyderio expectatus aduenis Nullo pacto fieri põt. Antiquo instituto hoc facio. Sic que in aduerbia transeunt Falso querens: auspicato duxisti vxorem. Sedulo dabo operam. Haud expectato venisti tam subito abiturus. Insperato redis. Summa diligẽtia stude. equo aio feras aduersa. Nescio serio an ioco loquaris. verbis deum amas. factis negas. Usu venit Joanni nomine meo salutem dicito. Suscipito hoc munusculũ hilari fronte It lento gradu. dormit sopore graui lepores. patentibus dormiunt oculis. Cicero. Secreto hoc audiui. Apostolus. Spiritu ambulate. Si spiritu viuimus: spiritu ꝛ ambulemus. Qua mente id fecisti. Fide bona id possideo iusto titulo obtineo: merito lachrymor. Immerito vapulo. Primus ordine: dignitate ꝛc. Sepe etiã per hãc regulam abltm̃ habet vt sepe numero: sed. potest esse vnica dictio. Canto alta voce i. alte: quia ablatiuus huius regule ponitur sepe loco aduerbij.

✱ Sallu. Falso queritur de natura sua genus humanum

¶ Regula Quinta.

Mobile vel verbum mensuram dat sibi quarto.

Vel sexto: longus treis vlnas: vel tribus vlnis.

¶ Adiectiuũ vel verbum regit mensure nomen in actõ: vel in abltõ: vt hic pannus est longus tres vlnas vel trib⁹ vlnis. Da authoritatẽ de actõ. Pli. libr. xxvj. cap. viij. Caulis palmũ vnum altũ. Gel. lib. j. Longũ pedes ducentos. Pli. lib. vj. cap. xxxiij. septem pedes longus. Et alibi de Babylone. Muris ducentos pedis altis: quinquagenos latis. Idem. Septem pedes longus. vmbram non amplius quatuor pedes lõgam reddit. Idem. Radices triginta pedes longe. Idem mucho crasso sex digitos: sic loquitur sepius ꝙ per abltm̃. Plau. Comesse panem treis pedes latum potes. Cesar. ij. de bello ciui. Latas tres pedes fecerunt sic idem sepissime loquitur ¶ Da authoritatẽ de abltõ. In sacris. Erat aũt Niniue magna itinere trium dierũ sic butyrum est graue tribus libris. Persius Pinguis aqualiculus ꝓpenso sesqui pede extet. Sesqui est quid cũ dimidio vt sesquihora: sesquiannus.

✱ Marc⁹ Tulli⁹ de amicitia Qui summaz spẽ ciuiũ quãde eo iaz puero habuerant conti nuo adulescẽs incredibili virtute superauit.

¶ Regula sexta.

Mensuram excessus verbum: vel mobile sexto.

Optat: vt excedo digito: pede longior vno.

¶ Dictio significans excessum: regit ablatiuũ qui significat quantitatem excessus.

certã vel incertam: vt sum te longior capite: hoc lignum excedit illud digito. Sum te modico doctior: multo fortior &c. Juuenalis dixit de pygmeis. Tota cohors pede non est altior vno. Supero te doctrina non est ablatiuus mensure: aut qui iudicet quantitatem excessus: sed est ablatiuus materie circa quã Ualerius. Desormet existimans quos dignitate prestaret: ab his virtute superari. Multo ante: multo doctior &c. ante patuerunt: & aduerbia potius nonnullis videntur quam ablatiui. Annosior me es duobus annis. Sum te iunior octiduo: aut nouendio: non vltra: nec septidio/sexdio/quindio: sed bene quatriduo/triduo/biduo.

¶ Regula septima.

Passiuis sextum debimus cum prepositura.
A vel ab. Accipiens sic do distans: remouensque.
Sic alius ponas: atque conformia noris

¶ Omne verbum passiuum potest regere post se ablatiuum mediante prepositione a vel ab: vt amor a petro: liber legitur a magistro: vapulas a preceptore: infans osculatur a matre. Hora. Laudatur ab his/culpatur ab illis. Est ne omne passiuum passiui generis? Minime. Quia vapulo passiuum est non passiui generis. ¶ Quomodo differt passiuum a verbo passiui generis? Passiuum est quod pati: aut tanquam pati significat siue in or: siue in or desinat vt audior vapulo. Verbum passiui generis est quod dempta r/ redit in a.tiuum vt legor lego. ¶ Quotuplicia verba regunt casum huius regule? Quadruplicia. ¶ Primo verba passiui generis: vt aurum amatur ab auro. Spolior a latrone vestibus. ¶ Secundo neutra passiua: vt vapulo a preceptore: homo fit a deo: ligna veneunt a rustico. Plura neutra cum ablatiuo rei agentis non inueni nec reperiri posse testatur Lancilotus: licet Priscianus: & post eum plures dicãt: non probent recte dici. Exulo a principe. Nubit a me filia. Quum igitur insolitum verbum sit vt scopulus fugiendum: solum vapulo & fio: veneoque: construam cum ablatiuo agentis. Quintilianus libro ix. An ab reo fustibus vapulasse. Et alibi. Fabritius respondit se a ciue spoliari malle: quam ab hoste venire. i. vendi. Exulo Ferrarie: sum illic in exilio. Exulo ferraria: vel a ferraria. i. exeo locum in exilium ire compello. Terentius in eunu. Domo exulo. Macro. lib. satur. vij. ca. j. Si propter hoc a conuiuijs exulabit philosophia: procul hinc facessent &c. alumne eius honestatem dico: & modestiam. nec minus cum sobrietate pietatem. Exulo dicitur quasi ex solo eo. ¶ Tertio communia passiue capta: vt osculor a matre. Gratia largitur nobis a deo &c. ¶ Quarto impersonalia passiue vocis: vt reclamatur ab omnibus sub passiuis continentur: licet actiue significent Actiua pro passiuis teste Seruio multa leguntur vt precipito: turbo: tondeo &c. nec tamen regunt ablatiuum passiuis proprium. Contra pro actiuis passiua inuenies. Vergilius. Pictis bellantur amazones armis. Cice. iij. Tusc. Multa inimicos et mortuos puniuntur. i. puniunt. hec (inquit Seruius) imitabimur: sed noua ad illorum exempla non formabimus. ¶ Est vbi passiua in actiua mutare non licet teste Seruio: vt sacerdotes creari/virgines capi/linquor & consternor animo: desiderat in prelio pro mortui. Et contra delecto te: non delector a te: et mutuo pecuniam non a me pecunia mutuatur: sic fenero quia mutuor feneror delector: non passiua sunt sed deponentia. De his multa Antonius Nebrissensis ex Lancilotus ex Seruio in illud Vergilij. vi. eneid. Optato conduntur Tybridis aluco. Ceterum non penitus eis accedo quia recte dici/Sacerdos virginem capit: ostendit Gellius li. j. ca. xij. vbi dicitur In li. j. Fabij pictora quam verba Pontificem Maximum dicere oporteat: quum virginem caput scriptum est &c. Item afflatus numine: ictus fulmine rumpitur inuidia: discrutior animi: findor &c. hic vix licet actiuis, vti teste Lãciloto. Cõtra actiua multa sunt quorum passiua rarissime leges. Applico/equiparo/succolo/manco/occulo lacto &c.

¶ Accipiens sic do &c. Verba accipiendi: distandi: & remouendi regunt ablatiuum cum prepositiõe a vel ab: vt accepi litteras a petro habui a paulo: audiui a nuncio. longe distat a nobis India. absum ab Italia remoue a me lapidem: aufer a me aurum &c. aliquando omittitur prepositio Suet. in cali. Causa caderent. i. litem perderent. Idem in claudio. Italia summouerentur. Et in Domitia. Philosophos omnes vrbe Italiaque summouit. Tacitus. Italia pellerentur. Idem

Octiduum Nouendium. Tullius de amici. Nec enim ab isto officio quod spe vsurpaui cum valere abduci in commodo meo debui Tullius de amicitia. Fannus. Et Q. mutius ad socer venirunt post mortem Africani. ab his sermo oritur Passiuum verbum Vapulo. Exulo. * Cicero in epi. Uehementer ab olbus reclamatum est Luc. Tibi numine ab o…cedetur Actiua pro passiuis & contra. Creari Cap. *Cesar desyderatum co dic sagiptarum circiter ducenti.

Cado cã

Repetundarum damnatur:atq; Italia exigitur.

¶ Da accipiendi verba. Accipio recipio audio disco quero ha= Accipio
beo intelligo cōduco ⁊c. Accepi a te literas melius: q̄ recepi ⁊ tamē recte dici recepi lr̄as contra Ferettum. Cice.iiij.epi.fa ad Plancum. Binas a te recepi literas
Idem .xij.ad atticū. A te heri duas epistolas accepi. Plini.v.epist. Recipies ep̄las
steriles in eodem ad Fabatū. Recepi lr̄as tuas. Cice.lib.viij.ad genitorē.⁊ ad geni
nū. Audiui a v̄r̄e vel ex vel de te.i.tu dixisti mihi. Audiui de te.eēt significat aliqs
dixit mihi de te. In euāg. Serue nequam qd hoc de te audio. A te ipso hoc habeo
Spero: et expecto abs te bonum intellexi a matre. Conduxi domum a Paulo. Na
scor a nobili.i.naturā ⁊ originē principiūq; viuendi accipio. Taci. Nasci a principi Nascor.
bus fortuitum est. Sepius dicimus orior et nascor de vel ex femina. q̄ a vel ab⁊ ele
gātissime sine ꝑpōne. Nascor pistore:obstetrice ⁊c. Sallu. Catilina nobili gn̄e nat⁹
Uerg. Nate dea. patior multa ab emulis.i accipio dāna.vel incōmoda. Disco a te Disco.
ex vel de te. Teren. Disce ab his q̄ vere sciūt. Plaut⁹ in penul. De te quidē hec di=
dici o ia. Uerg.iij. Disce puer virtutem ex me verūq; laborē:fortunā ex alijs. Disco
per te.i.a te. Ouidius de remedio. Discite sanari per quem didicistis amare. Disco
hanc rem:⁊ de hac re. Plaut⁹ in distichо. Discā de dictis melioribus. Dicimus ꝑl'
chre. Silentiū est a turba pro turba tacet. Cice. in orato. Ipse conticuit:⁊ a ceteris si Mutuo.
lentiū fuit. Mutuo a te pecuniam.i.accipio. Dicimus autē pro eodē mutuo neutra Mutuor
liter:vel deponentaliter mutuor:sic fenero ⁊ feneror. Mutuo vel mutuor a te argen
to:vel tibi argentum quia simile est verbo dono:teste Lācil oto. Quintilianus. Usu
ram accepisti vltro a me mutuatus es. Ap uleius. Sub qua specie mutuari cupis
i. mutuo accipere. Capitur simpliciter pro accipere aliquando. Cic. in tuscul. Uir=
tus a viris nomen est mutuata.i.accepit. Et in offi. Crassus quū esset admodū adu
lescēs:nō aliūde mutuat⁹ est:sed ipse sibi peperit maximā laudē. Fabi.xij. Quas
mutuari solemus. Cic.ad Attic.vij. A Celio mutuabimur. Mutuo vel mutuor tibi
sine actō nō d̄r teste Ualla. Fenero vel feneror tibi.i.pecuniā ad vsurā do. Seneca. Fenero
epi.ij. Quantū poscat:aut feneret.i.ad vsuraʒ det.⁊ epist.xlj. Multū ferit: multū fe Feneror
neratur. Hiero. in ecclesi. Qui facit misam feneratur ꝑximo. Cic. vt eīn beneficiū: libe
ralesq; simus:nō exigamus grām. Neq; enim beneficium feneramur.sed natura
propensi ad liberalitatem sumus.i.fenori damus. Mar. Hec oēs fenerat vna deos.
Fenero:aut feneror abs te.i.ad vsurā accipio. vt lib.xxxj. Digestorū ꝑpe finē. Pr̄ātē
habeant vendere coheredi suo ⁊ feneratri ab eo. Emo te ab illo:vel de illo

¶ Da d stādi:⁊ remouendi verba. Disto:differo: absum: ab eo obhorreo
recedo:alieno:amollior:diuido:segrego:arceo abhorreo ⁊c. Philel. Quod abest ab abhorreo.
oculis id quoq; abesse corde. Suet. Nec abhorret a veritate.i.nō alienū est. Non se
cus abhorres a lr̄is:q̄ Sathanas a signo crucis. Et sine casu. Ambrosius li.j.off.
Legimus officium dici a nobis posse nec ratio ipsa abhorret.i.aliena est. Horreo.
obhorreo: ⁊ abhorreo hāc rem.i.abominor ⁊ execror.aut miserere formido. Uer. A
tergo horrebis liberos. Sic horresco. Idē. Nec tu mēsarū morsus horresce futuros
Suet. Distortos abhorrebat. Lactāti⁹ lib.iij. Nō est sapiētia si serū hominū abhor
ret. Catul. in Epithal. Seuaq; abhorrebas prisci ꝑcepta parentis. Suet. Ut obsce Discedo
num ostentū abhorrentibus. Itē abhorreo a te volūtate. Cur.vij. Nec colore quidē
abhorret a ceteris. horreo crudelitatē tuā:vel tua mihi crudelitas horret. Lac.lib.
v. Cui cum talia sacrificia nō horreāt. Auerte irā tuā a nobis. Aufer a nobis dn̄e ini Discordo
quitates nostras. Discedite a me operarij iniq̄tatis. Hora. Uiuere si recte nescis di= Dissideo
scede peritis. drūs est per regulā. Ternum ꝑ quarto ⁊c. Plau. Apage illuʒ a me.i. * Ouid⁹.
adhuc remoue. Ciconie auolāt ab hac terra. hec ciuitas defecit a principe suo. Eri Liui⁹. Na
pe me dn̄e ab hoie malo. Caueo a te. Timeo a te:q̄ ante patuerūt. A morte ꝑpetua ti Cartha=
libera nos dn̄e. Martinus migrauit a seculo. Ille migrauit ab vel ex hac vicinia. gine ſrorū
Terē. Uos hinc amolimini.i.recedite. Abige canem a popina. Arce felem butyro di a syracu
vel a butyro. Liui. vij. Grecos arcere littoribus iussit. In eo. Nec ascensu accuerit. sis.
¶ Discordo a te:⁊ aliqn̄ discordo tecū. Quint. A sermone tenui sublime nitiduʒ di=
scordat. Tacitus vt notauit Lancilotus. Cum quis eternū discordant. sic dissideo a
te:vel tecum:licet Aldus neget latine dici discordo:⁊ dissideo tecum. ¶ Ualerius
maximus. Armis cum Cinna collega suo dessidēs. Aldus putat mendum esse pro
a Cinna. Ego credo nullum esse mendum. quia Tacitus dixit Cum quis discor=

daut. Et Pli. lib. xxxvij. Adamas dissidet cū magnate lapide intātū vt iuxta positus ferrū non patiat attrhai. Concordo cuz illo .i. conuenio. Concordoꝛ barbarū est Fugio illum vel ab illo. Iuue. vj. Que fugit a sexu. Uerg. Quem fugis ah demens. Facesse a me Eripio te malis: ⁊ a malis: sic absterreo. Hora. Aliorū opprobria sepe absterrent vitijs. Supsedeo hac re cum abltō sine pꝛepōne semp legi. Cice. in Rhe. Narratione supersedendū est .i. omittenda est narratio. Cesar .j. de bel. gal. Prelio supsedere statuit .i. omittere preliū elegantissimū verbū. Ci. ad sulpiti. Supsedeas hoc labore itineris .i. omittas venire. Gel. lib. ij. actō iunxit. Affines ꝓgam quam dare rogati sunt supsederunt: hoc fit qꝛ sup vtriqꝫ casui seruit. Hiero. contra Iouinia. iunxit huic verbo infinitiuū. Omnino facere supsederit. Idem huic ꝟbo noue dtm̄ dedit contra pelaginos, dicens. Supersedendum huic labori censeo.

Fugio.
Supsedeo
* M. Tul. in ꝯsatio ne lib. de amicitia m̄ministi cm̄ ꝑfecto vt opinoꝛ atice: ⁊ co magis quod P. sulpiti. vtebare multū, quū is tribun⁹ plebis capitali odio a. Q. pōpe lo q̄ tuz cō sulerat dissideret.
Ludo cuz abltō. Gel. Is optime fidibus ludere a magistro ei⁹ dictum diceerat.

¶ Sic alius ponas ⁊c. Quedā adiectiua regunt abltm̄ cuz a vel ab vt: alius ab illo: sic alter diuersus ⁊c. Primus a rege. Scd̄s a principe. Integer a vitijs. Castus a venereis: Ouidus Troia vel a troia. Uacuus curis: ⁊ a curis ⁊c.

¶ Regula octaua.

Instrmenta dabis sextis sine prepositura.

Quoduis verbū pōt regere instrumentum in abltō cui nullo modo addi pōt ꝑpositio licet in vernacula lingua audiat cuz. vt aro equo. Scindo panez cultro. video oculis: pugno gladio: nitoꝛ baculo. ludo alea pila troco ⁊c. Dicimus etiā per actm̄ ludo aleā: Suet. in cesa. Troiam lusit. Item. Cedo ferula. Impuli te pugno: tango manu delco lachrymis: loquoꝛ lingua. Peto te stricto gladio .i. insequoꝛ. Capit pe-to sic aliqn̄ in bonū. vt meminit Serui. Uarro in re rusti. Asinis arant. Uerg. Malo me Galatea petit lasciua puella. Item feci iter pedib⁹. Audiui auribus Imbribus venti sopiūtur ait Plini. Idem Basilic⁹ alios serpētes olfactu necat. Ter. Phaleratis dictis seducis me. In ethicis. Ola mensurāt nūmo. Uerg. Hi iaculis illi certāt defendere saxis. Pruden. Impatiēsqꝫ more saxo petit increpat oꝛe. Terē. Naribus duxi hunc casum. sic oratoꝛ verbis vincit vir bellicus armis. Demona non armis: sed morte subegit Iesus. Dic iecī lutū in petrū: nō aūt ieci petrū luto: qꝛ nō holem iacis sed aliqd in holem. In Euāg. Tulerūt ergo lapides vt iacerent in euz. ¶ An latine dicimus percussit te cum baculo? Non nisi percusseris me ⁊ baculū meū: qꝛ instrumento ne implicite quidem additur cum teste Ualla. Ideo quidā male dixit Gladium qui cum se percusserit eduxit, dicēdū fuerat solum quo. Ideo male dixit Pseudo curtius. Pugnant dolo pꝛiusqꝫ cum armis. Et cum quo linguā lauant ꝓ quo sanguine. Et quod Orosius lib. vij. dixit. Ipse imperatoꝛ cum sagitta saucius: ipse sine ꝓpositione dicerem. Sagitta saucius: decepit hos opinoꝛ illud Cur. lib. v. Rex cum curru vꝛbem: ac deinde regiam intrauit: sed hic currus non instrumētum tantū est: sed etiam comes. Uult enim dicere ipsum etiam currū intrasse regiam vtcunqꝫ est: mallez hic ꝑpepōnem omittere. ⁊ foꝛsan vitio librariorū menda est. ¶ Ubi non instrumentū significamus: sed comitem: lz pꝛepositionē addere: teste Ualla vt acceptus est a nobis honoꝛe. Magna cum beneuolentia scripsit. Cum mira affabilitate me allocutus est. Cuz dira truculētia me aspexit .i. honoꝛe comite: non instrumento ⁊c. Potes sine pꝛepositione etiā dicere. Accepit me magno honoꝛe .i. honorifice. ⁊c. ¶ Abltm̄ instumenti vocat Priscia. quem Quinti. Dona. Seruius Diomedes: ⁊ ois fere antiquitas septimū casum vocat. Naz cuz dico hasta percussi: non vtoꝛ natura ablatiui teste Quint. nec si idem grece dicaz datiui. Ratio Prisci. est qꝛ pꝛepositio addita: vel subtracta non mutat naturaz casus. Nebrissensis ostendit hanc rationē nihil valere. Geoꝛg. Ualla, lib. xxxj. c. xix dicit septimū casū a Prisciano iure repudiatū esse. Rursus ponētes septimū casum multuz differūt inter se. Nā quidā solū instrumenti casum septimū esse volūt: alij etiā casus consequētie vt me docente discis. Donat⁹ in scd̄a editione etiaz ꝯparatiui casum: vt doctioꝛ illo. Diomedes etiā vbi pꝛepō addit. vt in Scipione militaris virtus emicuit ⁊c. Itaqꝫ grammatici certāt ⁊ adhuc sub iudice lis est. Ego an septim⁹ casus sit susqꝫ deqꝫ fero qꝛ sp abltō similis est: nec aliqd confert ad recti⁹ loquendū. Quo circa hac subtilitate per obscura: ⁊ pueris par vtili supsedenduz censeo qꝛ (vt Ci. ait) hoc vitiū sūmope vitādū ē: ne nimis magnū studiū in res obscuras: difficiles: ⁊ min⁹ necessarias ꝯferam⁹

* Cū non iungit rei significāti instrumentū: sz comitē effect⁹ a Nebrissen si septim⁹ cas⁹ vocat
Septim⁹ casus

¶ Regula vltima.

Absq; regente duos sextos bene.pone sequele:
Discunt discipuli me preceptore docente.

¶ Quoties due orationes nominatiui & verbi sic se habent: vt alteri apponatur talis.particula dum: qñ postq; &c.lepide priorem mutamus in duos: abltōs qui non reguntur:sz absolute ponūtur in designatione sequele:vt ꝓ dum magister legit discipuli scribunt:eleganter dicitur. Magistro legēte pueri scribūt.sic Magi apertis thesauris suis obtulerūt munera.i.postq; aperuerāt &c.Lectis sacris reuertor ad poetas.Cena facta cantamus Magistro recitaturo Petrus iuit in forū.i. dum magister paratus erat legere. Lucanus.Venturo Cesare Romam ignaue liquere manus. Ad altū sensuz sic non loquemur teste Lanciloto.Me cantaturo auscultabis sed me cantāte auscultabis ꝓ dum ego cantabo &c.Dicitur abltūs sequele siue cōsequentie: quia aliqd ex altero denotatur sequi sole lucente euanescūt tenebre: hi ablatiui non reguntur: quia sequenti verbo non adherent: nec ipsum declarant.

*Vergi. Regina ad templū forma pulcherrima Dido incessit magna iuuenū stipāte caterua

Ablatiui absolute positi quintuplices.

¶ Quotuplices sunt ablatiui positi absolute? Quintuplices.

¶ Primo alter abltōrum est nomen:alter participiuz, vt Augusto regnante natus est Jhesus. Tyberio imperante crucifixus. In sacris. Veniunt ad monumentum orto iam sole.Crescente numero aplorū factus est murmur Grecorum. Boet.ij. de conso. Nouimus quātas dederit ruinas Urbe inflāmata patribusq; cesis &c Sil. li.j.Clausos accuunt extrema pericli.Et fractis reb9 viola͂t & vltima virtus.Taci. Plebes omissis armis per agros palaꝛ. Plini.Tyberiū principē tonante celo coronā non lauro solituz ferunt contra fulminū metus. Secundo alter abltōꝝ pronomen est:alter participiū.vt me viuente non egebis.Tertio neuter abtlōꝝ est participiū et subauditur ente: nec vnq; exprimes nisi declarationis gratia. Ouid. Me duce carpe viam. Cicerone consule Catilina damnatus est. Sil.lib.iij. Vigili stant bella magistro.stant. i.vigent non dormiēte rectore. Juue .Credo pudicitiā Saturno rege moratā in terris. Vergi.Te duce si qua manent sceleris vestigia nr̄i.Irrita ꝑpetua soluent formidine terras.hora.Nil desperandū teucro duce. & au pice teucro. Juue.Se iudice nemo nocēs absoluiꝛ. Idem.Me ministro,nemo fur erit.Quo suggestore hoc fecisti?Ter. Me impulsore non fecit. Ci.O fortunatā natā me consule Romā. Nec dicas Joānes venit se tertio:sz venit terti9. Hora.Nudus inopsq; domuz redeā te vate. Verg.iiij.geor.Te matre relinquor.Legati redierunt re infecta Saluo honore meo nequeo hoc facere. Joānes abijt hospite insalutato:patre inuito sic nescio me fecisti incōsulto me nupsisti. Juue.Quid em̄ saluis infamia nūmis Saluo honore id fecerim.Quarto alter abltōꝝ subauditur vt tūc videbimus deū facie ad faciē supple ente.raro vtimur hoc modo. Tonāte intramus domū. supple deo vel natura.sz melius loquimur hic per deū sic.Dum pluit intramus domū. testis est Badi.grāmaticus diligētissimus. Quinto soluz participiū ꝑteriti tpis neutri gñris: aut gerūdiū in do poniꝛ absolute : vt dicto de nole agendū est de ṽbo Cātando rūpitur anguis.Juuenc9.Sed Maria audito Christū venisse cucurrit. Sal. Audito regē in Siciliā tendere rarus sermo est apud doctos nisi per gerūdia: & vbi participio infinitiu9 iungiꝛ loco alteri9 ablatiui.;pulcherrimi aūt sunt.j.ij.&.iij.modi vt deficiente causa deficit effectus. Quo audito vehemēter excandui &c .Dicim9 ne latine me legēte ꝓficio?vix.lz Priscian9 asserat recte dici.qz sic nullum latinum repperi loqui:sz sic legens ꝓficio.Diciꝛ ne recte.Dū lego ꝓficio?vix qz regula Valle est.Quoties duorū ṽborū est idem suppositū:siue ntūs.prius verbū melius in participiū vertiꝛ nisi esset verbū substantiuū : qd cum participio eleganti9 omitteꝛ. vt ꝓ dum lego ꝓficio:dicā legens ꝓficio. Pro:qz occupabar:venire nō potui.dicā: occupat9 venire nō potui:nō me occupato &c.sic comedēs sudo:nō comedēte. Multa tuli puer.nō duz fui puer nec me puero.ieiunatur9 multū comedo &c.nec aliter dixit in arte Hora.de sene. Laudator tpis acti se puero:qz sensus est.Tpis acti quuz ipse esset puer.Valla putauit se puero ordinari cū eo qd sequiꝛ:censor castigatorq; minorꝝ qd verū nō est.Obseruatur ne semꝑ hec regula non quia elegantie.regula est non latinitatis.Terentius in eunucho.Dum rus eo cepi mecum cogitare.

Me legente proficio Duz lego proficio.

¶ Grammatice Despauteriane: liber nonus de ordine declarationis grammatice: & de Syntaxi reciprocorum

¶ Ordo grammatice declarationis.



Optandi debent aduerbia siue vocandi
Sumere principium: velut interiectio sepe.
Ecce age & heus. post hec casum decet addere quintum
Hinc rectum sequitur verbum. Tibi sit generalis
Regula: que a tergo regitur: vult dictio cuncta
Postponi. Si quis declarat: iaris idem fit.
Si quid tacite positum: supplere iubebo.

Ordinis gramatice declarationis regule vij.

¶ Regule ordinis grāmatice declarationis sunt septē. ¶ Prima reg'a. Excitādi' particule: vt aduerbia optādi/vocādi/demōstrandi/hortandi/& ridendi: & interiectiones plerūqȝ sumūt pncipiū in ordine grāmatice declarationis. Scda regula. post hec sequit vctūs. ¶ Tertia post vctm sequit ntūs a fronte verbi rectus. ¶ Quarta post ntm sequit verbum psonale finiti modi. Semp intelligo si sit in orone. nam si hec abfuerint: ab impsonali inciperemus. vt tedet alam meaȝ vite mee. ¶ Quinta Dictio recta a tergo sequit dictionē regentē. Itaqȝ post verbū psonale. aliqn sequit ntūs vt suȝ homo. aut gtūs vt miserere mei. aut dtūs vt fuio deo. aut actūs vt amo deum. vel abltūs vt careo nūmis. Propter candē reg'am aliqn ante ntm ponitur obliquus vt hei mihi amore pereo. & añ verbū obliquus. vt studēs virtuti laudat. ideo diligēter osiderādū queȝ queqȝ dictio casuȝ regat. ¶ Sexta reg'a. Declarās declarato postponit vt adiectiuū substātiuo. aduerbiū verbo: infinitiu' finito. Itē infinitiuus & supinū & gerūdiū postponit adiectiuo: vt certus mori: aut moriēdi: turpe dictu &c. adeo ante vbū finiti modi aliqn ponit infinitiuus. Actūs pponit infinito si a fronte regit. prepō: semp regit casū a tergo. ideo in declaratione pcedit prepositio cum suo casu postponit vbo per hanc reg'am: qr ipsa cuȝ casu declarat significationē vbi vt vado ad forū. ¶ Septima. In declaratione orōnis diligēter videndum est an aliqd subaudiat: qr hoc suppleri dȝ. vt miseraȝ me vereor. subaudit o vel heu. vñ mihi lapidē. hebeti sūt & ego &c. ¶ Alexāder orōnis ordinē vocat ostructionē: nō satis pprie: qr ostruere pprie est aliqd debite oponere. Qui āt orōnē pueris declarat nō construit: sed ab alio constructā resoluit aut destruit aut ordinat. vt a pueris intelligat. ¶ Qm indocti habētur si qui ignorēt. Alexādri mysteria: ideo volo paucis pcurrere que de constructione dici solent in nono capite Alexandri. ¶ Constructio quid est? Debita dictionum inter se ordinatio. Quotuplex est constructio? Duplex. Transitiua & intrāsitiua. Que est ostructio transitiua? cuius ptes ad diuersa ptinere significant: siue pertineāt ad diuersa siue non. vt liber Petri: virtus dei. ¶ Quotuplex est ostructio trāsitiua? Duplex. Simplex & retransitiua. Que est simplex? vbi vnica est transitio: vt amo deū. Que est retransitiua? in qua duplex est trāsitio: vt rogaui Petrū vt ad me veniret. ¶ Que est secunda diuisio transitiue? Quedā est transitiua actus in qua est verbū aut participiū. vt amo deū: amans deū. Quedā transitiua psonarū in qua nec verbū nec participiū est. vt sapienti a dei: pes porci. Quid est constructio intransitiua? Cuius partes ad eandē rem significantur ptinere siue ita sit siue non: vt ego curro. bos est leo: asinus volat: hic amat se. Quotuplex est cōstructio intransitiua? Duplex. Simplex & reciproca. Que est cōstructio intrāsitiua simplex? vbi nulla actioni vel passioni in rem dictā significat regressio. vt homo est alal. Que est reciproca? In qua p reciprocū fit ad rem dictā regressio: vt ille amat se ¶ Que est secunda diuisio intransitiue? quedā est intrāsitiua personarum. vt homo albus. Quedā intrāsitiua actus. vt ego lego. his apinis nolo diutius immorari. De cōstructione reciproca (de qua Alexāder in nono ca. meminit) latine disceptabo, qr vtilissima est: prius tamen volo a dictis regulis exceptiones declarare.

* Certus mori. Vergili'. Illa dolos dirū qȝ nefas in pectore versat certa mori.

Cōstructio

Constructionis sectio.

¶ Exceptiones a dictis regulis.

Q od regat atqꝫ refert: ⁊ habet quod vim referentis
(Ut quod verba petit semper duo dum quia donec.)
Atqꝫ negas preit. ob logicam mutabitur ordo.
Precedens semper preponitur ⁊ referenti.

¶ Prima exceptio. Interrogatiuū semper precedit: ideo ab aliquo vel aduerbio se pe inchoamus ordinem: vt Quem queritis? vbi vidistis hominē? Quem tedet vi tū? hic est constructio asymbamatica .i. sine nominatiuo ⁊ vbo personali finiti mo di: quasi sine fundamento ab a idest sine ⁊ basis fundamentum nominatiuus enim est fundamentum cum verbo veritatis aut falsitatis. ideo logicus ponit solū duas partes orationis nomen ⁊ verbum. homo currit est cōstructio symbamatica. Amo deum est parasymbamatica: id est pene symbamatica: quia habet verbum persona le indicatiui modi presentis temporis cum nomine obliquo. ¶ Secunda exceptio. ¶ Nomen relatiuū ⁊ hinc aduerbium ꝑcedit dictionē a qua regitur. vt hic est quē videre diu cupiui. vidi campum vbi Adam habitauit. Uerg. O terqꝫ quaterqꝫ bea ti Quis ante hora patrū Troie sub menib⁹ altis Contigit oppetere. Relatiuum ꝓ nomen non precedet vt dedit amicus ad me carmen: ego misi ei aurum. Cur ma gis precedit relatiuū nomen ꝙ relatiuū pronomen? Quia quis/qualis/quantus ⁊c. exponuntur per coniunctionem ⁊: que vult preponi: illā nunꝙ includit pronomen ideo etiam tantus/talis/non precedent: quia non includunt eam coniunctionem. ¶ Tertia exceptio est. Dictiones vim relatiuam habentes: vt que ad sensus perfe ctionem plura verba petunt: debent in declaratione grammatice precedere. Que sunt tales dictiones? Noīa vel aduerbia infinita cum deinde/deinceps/sic/sicut/si cuti/dū/quū: quando/quia/qm/licet/postꝙ/ꝙ/ꝙuis: ⁊ similia his quāplurima Dū .i. quando interdum est syllabica adiectio: vt adesdum: significat in cōpositiōe adhuc. vt nondū/nihildū/vixdum. ¶ Quarto exceptio. Dictio negatiua debet pre cedere: vt neutiꝙ faciā: neminem video. Aduerbiū ꝓhibendi etiā negandi vi hꝫ. ergo ꝑcedit: vt ne feceris: nullū pro nō vllū ⁊c. hac resolutione opus est interdū dia lecticis. ¶ Quinta exceptio. Propter logicoꝝ regulas opꝫ interdū cōtra dictas re gulas partes orationis ordinare vt cui hominum ala est aliquo homine doctior suꝫ. hominem cognosco ⁊c. que tn̄ a doctissimis interim spernuntur. Sonorum alius vox alius nō vox. potes diuisum ꝑponere aut ordinare. sic alius sonoꝝ est vox ali⁹ nō vox. ¶ Sexta exceptio. relatiuum necessario postponitur antecedenti: ideo obli quus contra dictas regulas aliqñ preponitur ntō aut verbo. vt Ciceronis indiget suus filius. Patrē sequitur sua proles. Ciceronē diligit suus filius. Defendite Cesa rem o sui milites. a Cicerone diligitur suus filius. Piget Ciceronis suum filium. Rumor est, Cesari insidiari suos familiares. Fratrem iam pigere incipit vxoris sue Licet ne ꝓ suus dicere eius? minime: qꝛ lōge differūt su⁹ ⁊ eius: qꝛ suus reciprocū est nō eius. Hec res vt planius intelligatur paucis declarabo reciprocoꝝ naturaꝫ.

Dum.
* Uergil.
Multa qꝫ ⁊ bello pas sus dū con deret vrbē
Dum sicū ptō subiū ctiui iūga tur signifi cat postꝙ.
martialis
Audieris dū grande sophos.

¶ De reciprocis.

Reciprocū proprie significat repetitum

¶ Reciprocum est relatiuum reflexiuū quod ad id vnde prodijt reuertitur: vt pri mitiuum sui ⁊ deriuatiuū suus. velut iste amat se. ecce hic amor reflectitur ad aman tem. sic iste diligit filium suum. hic dilectio tendit in rem diligentis. sic spiritus re ciprocatur cū recipitur. Similiter ⁊ vnda vicissim alluens littus reciprocatur. Eu ripus etiam fluuius ad pristinum subinde cursum rediens, reciprocus est. Ergo vt facile pateat ad reciprocum notitiam it: resubijciam precepta Badiana e Val la decepta minime penitenda.

¶ Precepta Badij de sui ⁊ suus ex Valla. xx.

¶ Primum preceptum.

¶ Nō vtemur more grecorum indifferēter reciprocis ⁊ nō reciprocis ꝓnoībus: qꝛ nos illa distincta habemus: greci autem cōmunia. vt αυτον auton ipsius aut sui.
¶ Sōm. Neqꝫ si magnos authores in eorum vsurpatione dormitasse offenderim⁹

continuo eosdē imitabimur. aut idem nobis licere putabim⁹. Dixit aũt Maro. ene. iij. Uiuite felices quib⁹ est fortuna peracta. iam sua pro iazv fa ſm Uallã. ¶ Tertiuz. Sed non prius dormitasse idoneos censebim⁹ ꝙ compertũ habeam⁹ quo fiat relatione nr̃a erret censura. vt ene. j. En Priamus sunt hic etiã sua p̄mia laudi. vbi non sua refertur ad Priamũ: sed ad laudi. i. virtuti. ¶ Quartũ. Neqꝫ vero si libri corrupti sunt eos per errorem seq̃mur aut authores errasse dicemus: vt apud Cice. in Sallu. q̃ si istius vita memoriã vicerit aliam. P. C. nõ ex orõne sed ex morib⁹ suis spectare debetis. vbi male legit̃ suis pro eius. ¶ Quintũ. Suis aũt interdũ cõiter p reciprocũ ac reciprocũ loq̃ liceat: non tñ id sp licere putabim⁹: vbi gr̃a indifferenter dicere lꝫ oẽs optãt qð sibi vtile est & qð eis vel ipsis vtile est. Non tñ dicã oẽs optãt qð eis vtile putãt: sed qð sibi. ¶ Sextũ. Qñ per reciprocũ gñaret̃ amphibologia: si alio relatiuo vt is: & ille sine amphibologia vti lꝫ: vitabim⁹ dubietatẽ. vt apð Cice. in Brut. Presertim cum ille. Quintũ Sceuolã sibi minorẽ natu generũ ꝓtulisset. Dubium an sibi ad socerũ an ad Fanniũ referat̃: et si dixisset eis: de fannio vtiqꝫ locut⁹ intelligeret̃. ¶ Septimo. Non dicemus su⁹ est illi⁹ s̃uus aut doceo suũ illi⁹ s̃uũ more Prisciani: quẽ ꝑter euꝫ nullus obseruat. ¶ Octauũ. Neqꝫ cũ Alexandro dicem⁹ su⁹ carere pehit⁹ vetõ: licet rarior sit ei⁹ vsus. vt defendite Cesarẽ o ciues sui. ¶ Nonuz Neqꝫ per solũ nr̃m: sed etiã p alios casus loq̃mur q̃ ad possessorẽ possessio trãsitionem facit: & non ad aliũ: vt Ciceronis suũ filiũ piget. ¶ Decimũ. Quoties nomẽ proprium ꝓnomen aut aliud ad qð fiat reciprocatio ꝑponit̃ cũ verbo: & sequit̃ alið suppositũ cuꝫ v̄bo lꝫ supposito addere su⁹ ꝓpter reciprocationẽ factã ad priorẽ s̃monẽ aut ꝓnomẽ nõ reciprocũ ꝓpter respectũ ad s̃m. Qñ v̄o tñ vn⁹ casus sine v̄bo ꝑcedit si ad ipm fieri põt reciprocatio: non ponet̃ aliud ꝓnomẽ. Exẽplũ prioris: vt ille aut Joãnes aut s̃uus tu⁹ rogat te vt su⁹ aut ei⁹ apð te cenet fili⁹. Exẽplũ secũdi. vt Pythagorã venerabant̃ discipli sui: non discipli eius. ¶ Undecimũ. Qñ ablti absolute cuꝫ reciproco precedũt nõ hꝫ aliud ꝓnomẽ locũ: vt nõ dicã: tradito ei: lꝫ tradito sibi puero vir dicẽdi peritus ingeniũ ei⁹ ꝑspiciat. ¶ Duodecimuz. In construendo vbi suus ꝑponit̃ vtemur interdũ resolutione in nõ reciprocũ vt illud Senece. Sepe in magistrũ scelera redierũt sua: ꝯstruet̃ sic scelera magistri sepe redierunt in ipm: aut in euꝫ seu illũ. Difficilis tñ est resolutio vbi suũ est substãtiuũ vt hic. suũ cuiqꝫ ꝑsoluatur: nisi dicatur qð cuiusqꝫ est id ei ꝑsoluat̃: & sil̃r vbi suus p ꝓprio ponit̃ vt sunt & sua dona parenti sua. i. ꝓpria dona. sunt sine resolutiõe: aut sua. i. ꝓpria dona sunt parenti. ¶ Decimũtertiũ. Bona censebit̃ reciprocatio, qñ ꝓnomẽ reciprocũ ad principale suppositũ refertur. qð fit qñ loco reciproci poni põt in vero sensu ipsemet aut ipse idem cum dicto supposito. Uerbi gr̃a in illo Ter. Orare iussit si se amas hera iã vt ad sese venias: si se. s. ipam heraꝫ. ad sese. i. ad semetipam nõ tñ licet dicere. Petr⁹ non adest sed filius suus: immo filius eius: bene autẽ di. Petrus filiũ suum misit &c. ¶ Decimũquartũ. Ubi principale suppositũ est quisqꝫ aut vnusq̃sqꝫ fere locũ hꝫ reciprocatio: si tñ superior s̃uetur regula. vt q̃sqꝫ sui memor est vnusq̃sqꝫ ad primum suum respicit. Nõ tñ dicas Joannẽ nemo diligit: sed vnusq̃sqꝫ liberos suos fouet: si de liberis Joãnnis loquare dicẽdũ est eñi liberos eius. ¶ Decimũquintũ. Quoties suus ponit̃ p ꝓprio ac debito: aut substãtiuũ est: fere locũ habet: nec eo facile quis abutet̃. vt suis horis id facit. sua & suos diligens cõseruat pater familias. ¶ Decimũsextũ. Quoties aũt gemina est locutio. ita vt bina complectat̃ supposita licet ad prius dare reciprocũ: aut de posterius non reciprocũ vt quisqꝫ vult quod sibi aut ei expedit iuuenis non petit vt illũ aut se miserũ puteris. ¶ Decimumseptimũ. Quoties sic ante hanc prepositionẽ interponit̃ gtũs / dtũs / aut abltũs licet reciprocum & non reciprocũ subdere: vt grammaticorum inter se vel inter ipsos grãmaticis inter se vel inter ipsos: sed grãmatici inter se: & scio grammaticos inter se dissentire &c. nõ inter ipsos. ¶ Decimũoctauũ. Quando verba singula sunt: sed duplex respectus alter ad suppositum alter ad obliquuꝫ: si pronomen: respicit suppositũ erit reciprocuꝫ sin obliquum potius. non reciprocum. reperitur tamen et reciprocum. Exemplum prioris. vt tueatur nos deus propter bonitatem suam: non eius. Secundi: vt cepi columbam in nido suo & eius quia resoluitur: columba capta est a me in nido suo. Si vero dixero. Joannes cepit columbam: addam in nido eius. ¶ Decimũnonum Si tamen obliquo addatur verbũ vel aduerbium ad quod reciprocatio fieri debeat erit ei locus. vt inueni leonem iratum ob amissam predam suam: non eius: est eñi idem quod qui irascebatur. ¶ Uigesimũ. Quoties interuenit inter aliquos colum

* Aliqñ p sui sine su⁹ ponit̃ is aut ipse aut ille dũtaxat advitãdã s̃monis ambiguitatem.

ctio nō est reciproco locus: vñ nō dicā cepulconem ⁊ catullos suos: sʒ ⁊ catullos ei⁹.

❡ Despauterius

❡ Ante omnia, diligenter considerandū est principale suppositū ad qđ fieri debet reciprocatio. vt superbus est sui laudator. Joānes amat patrē suū. expectat te Joānes vt se iuues. principale suppositū est Joannes. sic in oībus orōnibus de vt. et ne principale suppositū est suppositū prioris orōnis: veluti magister precepit vt ad se venirem. Joannes timet ne sibi noceam. Joānes diligit Petrū ⁊ fratrem suū: de fratre Joānis intelligit. Joānes diligit petrū ⁊ fratrē eius: de fratre petri intelligit * huic ꝑ quia hic ad obliquū: illic ad principale suppositū fit relatio: ideo in euāgelio dñ ꝟ nol suus se Jacob genuit Judā ⁊ fratres eius. Qui surgens accepit puerū ⁊ matrē eius nocte. Similiter ratis Et vocabis nomē eius Jesum. Ipse saluū faciet pplm suū a peccatis eorum. eorum gr̄a addit dixit nō suis: ne de peccatis Jesu (que nulla fuere) loqui videat. Misertus est dñs sibi. timentibus se. Rogauit Jesum quidā phariseus vt apud se maneret. Quesiuit dñs ex petro an se diligeret. Intercedēte coniūctione nō reciproco vtim nr. vt dictū est. Terentius. Pāphilus dat fidē vxorē fore sibi hanc. Nā pater aliam ei desponderat. Antecedenti nō erit annexū reciprocū: quia nollē dicere. Filium suum diligit pater suus. Aliter dicit in mercatore. Plau. Jubet saluere suus vir vxorē suā. ❡ Dicimus suus sibi gladius ⁊c. vbi sibi nulla necessitate: sed veluti cuiusdā festiuitatis gr̄a iūgitur. Terē. Suo sibi hūc gladio iugulo. Cic. Suo sibi victitant succo. Colu. Suo sibi iure abluuntur. Terē. in Hecyra. Mater q̄ tua sit causa. i. eius teste Donato. Lancilotus defendit vt sua capiat pro ꝓpria. sic excusat illud Virg. Nāq̄ suā patria antiqua ciuis ater habebat mallē cū Valla eius dicere. Licet in plurali per vetꝫ ausim dicere/ Defendite Cesarem o sui milites: tamen nihil tale ausim in singulari. Notanda est regula Valle. lib. iii. ca lx. Quisq̄: vnusquisq̄. ⁊ vterq̄ solent poni eleganter in oratione cū sui ⁊ suus sed ante substantiuū ipsius suum: ita vt discrepāt cum adiectiuo sequēte expresso. sed concordent cū subaudito. Verg. Pro se q̄sq̄ viri summa nituntur opū vi. i. nitunt summa vi. quisq̄ pro se sup. nititur. Idē. Dant sonitum spumosi amnes ⁊ in equora vertunt Quisq̄ suū populatus iter. Idē. Quisq̄ suos patimur manes. Liuius. Ausi sumus cū parentibus certare quecq̄ ciuitas suis. Tacitus. Exterriti qui subsidiū ferre debuerāt sua quisq̄ in castra tepida fuga redicre. Idē. Tribuni ꝑfecti sua quisq̄ extollentes falsa aut maiora vero miscebant. Sic hirundines vere incunte redeunt in suū pristinū vnaquecq̄ nidum immigrantes. Offendi parentes suo vtrūq̄ morbo affectos. Sic ordina. Hirūdines vere incunte redeunt immigrantes in nidos pristinos vna quecq̄ in suū supple immigrans. Offendi parentes morbo affectos vtrūq̄ suo supple affectum morbo.

*Suus ꝑ nomen nō caret vocādi casu.

❡ In reciprocis multi errarunt aut ipsi ex industria abusi sunt. vt Valla ostendit sed vt bene cū Valla dixit doctissimus Badius: caute videndum est ad quid fit relatio: ne nō illi: sed nostra erret censura: vt apud Horatiuʒ. Aut famā sequere aut sibi conuenientia finge. Georgius Valla. libr. xxx ca. iii. vult sibi ꝓ ei poni: quod verum non est: quia sibi ad famā non refertur: sed est sensus. finge conuenientiam sibi: id est ea que sibiipsi non aduersantur: sed inter se apte cohereant ne monstrum nascatur tale vt nec spes nec caput vni reddatur forme.

❡ In sacris plerūq̄ non obseruat debita reciprocatio vt pꝫ ex Valla in nouū testamentū. Locos quos ille notauit hic subieci. Intrantes domū inuenerunt puerum cum Maria matre eius/ ꝓ sua. Vidi spm̄ dei descendentē sicut columbā/ ⁊ venientem super se/ ꝓ eum. Contra apud paulū. Quos presciuit ⁊ ꝑdestinauit conformes fieri imaginis filij eius/ ꝓ sui. Vna cū zebedeo patre eoꝝ: pro suo. Accesserunt ad eum discipuli eius/ ꝓ sui. sic alibi sepissime: que vt facillima omittā. ❡ Si eum dimiseritis hominibus peccata eorum/ ꝓ sua: Ex fructibus eoꝝ cognoscetis eos pro suis. Justificata est sapiētia a filiis suis/ pro eius. Jussit discipulos ascendere in nauicu lā ⁊ preire eū trans fretum/ pro se. Procidens cōseruus eius adorabat eū/ ꝓ suus. Corripe eū inter te ⁊ ipsum pro se. Ait illi dñs eius/ ꝓ suus. Misit ad eū vxor eius ꝓ sua. ❡ Ex Marco. Erat Joānes vestitus pilis cameli ⁊ zona pellicea circa lumbos eius/ pro suos. q̄ ablatiuus est zona ❡ Ex luca Et dabit illi dñs deus sedem Dauid patris eius/ pro sui. Sicut locutus est per os sanctoꝝ qui a seculo sunt prophetaꝝ eius/ pro suoꝝ. Quū inducerent puerū Jesum parentes ei⁹/ ꝓ sui. Nūciauerunt Joāni discipuli eius/ ꝓ sui. Et reddidit illū patri eius/ pro suo ❡ Ex Joan=

In sacris etiā literis barbare dr̄ ola a te expectant vt deos illis ci buʒ in tpe vbi procul dubio reciprocatio ē lōgē nō illi: sed sibi est scribendū. Itē parum latine trāslatuʒ est a gl'ia eoruʒ repulsi sūt pro a gl'ia Et pe ricrunt ꝑ iniquitate eoꝝ ꝓ suā

ne. Neq3 eni fratres eius credebant in eum: p sui. Tristitiam habet quia venit hora eius: pro sua. Jesus ita p sciens omnia q̄ vētura erant sup eū/ p se. Pōtifex ergo interrogauit de discipulis suis & de doctrina ei9. Jn neutro peccauit: sed inepte fecit vt vba variaret: quū debuerit non vtroq3: sed alterutro pnole vti. Stabat autem iuxta crucem Jesu mater eius/ pro sua. ¶ Ex paulo ad Romanos Propter qd tradidit illos deus in desideria cordis eoꝝ/ p sui. Reddente illis testimoniū conscientia ipsoꝝ p sua. ¶ Ad Corinthios epl'a prima. Qui inuocant nomen dñi nr̄i Jesu Christi in omni loco ipsorum/ pro suo. Ad Corinthios .ij. Nō reputans illis delicta ipsorum/ pro sua. ¶ Ad Ephesios. Ut notum faciet nobis sacramētū volūtatis sue fm beneplacitū eius/ p suum. Alienati a via dei per ignorantiā que est illis ppter cecitatē cordis ipsoꝝ/ pro sui. ¶ Ex epistola Petri prima. Coerceat linguam suā a malo vt labia eius ne loquant̄ dolū/ pro sua. ¶ Ex Apocalypsi. Opera eni illoꝝ sequunt̄ illos/ pro sua. Studiosi plura notabunt. Hec mihi sufficiūt. Sepissime errat in reciprocis. Pseudo Curtius: legito et scies: ego te receptui cano.

Finis.

¶ Jacobi Pape viri disertissimi ad Joannem Despauterium Niniuitā in carmen.



Loria docte tibi multis Niniuita diebus.
Permanet: et longe posteritatis opus.
Clarus es eloquio/ Phebea clarior arte
Crederis Aonios incoluisse lacus.
Efficies Jtalo non inuideamus honori.
Ausonios linquens post tua terga viros.
Quicquid scriptores attentauere vetusti
Hoc tuus egregia protulit arte labor.
Que facis eterna sunt digna volumina cedro
Clarior est studijs barbara terra tuis.

¶ Jodoci Leti carmen in Syntaxim Despauterianam.



Cire palemonias quicunq3 fideliter artes
Verbaq3 vis verbis nectere grammatice.
Conciliare tibi Phebum: doctasq3 Heliconis
At tua vis olim vota mouere deas:
Orandiq3 etiam vis te suadela peritum
Efficiat: labijs presideatq3 tuis.
Huc ades: huc propera: huc volita: sunt hec tibi primum
Pregustanda: cape hec: perlege: disce: cole.
Perlege congestos (tulit hos Niniuita) labores
Perlege doctiloqui. perlege dicta viri.
Quicquid grammatici reliqui peperere celebres:
Hoc solus paucis continet iste liber.
Hic nihil est mancum: nil non laudabile: nil quod
Usus doctorum non probet esse bonum.

¶ Martini Dorpij in laudem grammatice Despauteriane doctissimo labore concinnate Epigramma.



Eus tu bybliopola lucro heus tu
Hunc quicunq3 librum ere emes pusillo.
Ne scis nescius atq3 (vti es suetus)
Contrectare putes manu inquinata
Merces: hanc quoq3 raram te & expolitam
Nec si prostituas: tibi profecto est
Jngens cautio: ne perire iambis
Mens est: qui perijt vafer Lycambes
Non hec triuijs reposta: non est
Uatum osoribus esca: quis suillum est
Rostrum: quis quod oleum olet putrescens
Jd demum bene olet: quibus vel ipsa
Disciplina politior molesta est
Solo nomine quos vides tumentes


Et per consiliabula: et per omnes.
Thermas: compita templa: per coronas.
Vulgi per male feriata plebis
Ignare agmina: virulenta vocum
Passim spargere fulmina: et theonis
Phebeam lacerare dente turbam
Hos nodoso abigas flagro vel ictu
Librato ferias vt hoc ab albo.
Immundum abstineant pedem inuenusti
Neve his obstrepitent inauspicato
Garritu fidelibus noui libelli:
Quem noster Niniuita mundioris
Princeps eloquij per hercle doctus
Concinnauit: apes vti Matina
Paruo poplite mel struit suaue
Nullos preterit hortulos feracis.
Authoris: modo gentium sit ille
Maiorum: modo classicus sit ille
Quin si: quicquid holitor vel ipse lanio.
Dignum (vt fit quoque) protulit palato
Excepit studiose et illud omne
Non alba tamen vndecunque amissi.
Conuertens et inepta et apta mistim.
Sed discrimine lecta: sed bilancis.
Pensata in trutina: omnibusque demum
Doctorum bene comprobata punctis.
Nunc nunc ponite quicquid est negocij
Hisce ludere pergitote chartis.
Omnes quotquot auetis esse alumni
Musarum artificesque scriptionis
Emuncte: teretisque candidoque
Filo composite: nihil profecto
Non pro voto erit assequi hoc in ampla
Hoc in liberiore fonte libri.
Vos haurite modo et rigate tota hac
Lymphis hora fluentibus scatebris.
Quas vobis Niniuita puriores
Propinare studebit. huc proinde
Musarum properate candidi
Vos inquam qui auibus bonis (vt aiunt)
Nomen grammatiste dedistis arti:
Eius: quod bone vorterit. palestre et
Sacris militieque inaugurati.

❡ Despauterius Langimercio suo S.



Seneca ait Demetrium eleganter solitum dicere: eodem loco sibi esse voces imperitorum quo ventre redditos crepitus. Demetrio ipse vsque adeo libenter accedo: vt etiam gaudeam opuscula mea ab indoctis latratoribus vilipendi que doctis placere cognoscam. Quocirca Dixmudanis illius nominatu indigni vexationem (quē ais mi Langimerci meis obstrepuisse opellis) alto cachinno nō refutatione dignam estimo. Non est Syntaxis mea (vt ille putat: quia bonos authores nullos legit) ex solo Nebrissensi et Calepino collecta: sed ex omnibus ferme grammaticis: et ex optimis oratoribus/poetis/historicis. Valeat ergo blatero ille: et cū Horatiano Crispino multa se posse iactet: sibi Suffenus placeat: alijs detrahat ipse facere nihil noscet. Vale mi Langimerci et Despauterium tuum ama. Bergis. v. Idus Augustas. Anno. M.D.xiij.

¶ Despauterius Joannij Laurentio ingenuarum artium professori amico suo integerrimo. S. P. D.



Audeo (ita me deus amet) aut vulgariter mi Laurenti: q̄ calumniatoris Bellocasii in grammaticem nostram posteriores annotationes nō ante viderim q̄ versificatoriam i imprimendam ad Badium miserim: vt tu/Badius ceteriq̄ cādidi lectores cognoscatis me versificatorie adiecisse: aut ab ea abstulisse: quicquid inepte stolidus plagiarius iactat se arti nostre adiecisse: vt. Jo. Tyrus Cytherea/Aristides/Adrimachide/Uelitern⁹/Mycipsa/pharos et Lycus tutius corripiuntur: que vt alia plurima ad annotatiōes reseruaui. Jn Ouidio non Eregonius nec Sangaride (vt inepte credit) legendū est: sed Erigonius hexasyllabum: ꝛ Sagaritide a Sagaro. Nec in Syllio quis a pudet regitur: sed a certare. Jure ridear si ad singula respōdere velim. Minatur tibi iambos ꝛ mihi si secūdo irritauero/extrema crabronem (inquit) i rritauero: cuius ternouena tandem puncta moribundus presentiscam. Rideam⁹ mi Joannes Thrasonis minacias: quia (vt cum Thaide loquar) magnus nebulo est futurus mox Martis more: fabula vulgi. Nondum exequauit Polyphemum. Roga eum nomine meo vt omissis furtis tertias tandem annotatiōes e suis edat: casq̄ ceteris maiusculas: ne salarij iure eum auaritie insimulent qui cum edat scombris dignissima: tam parcus deprehenditur vt integer liber duobus scōbris vix sufficiat. Uale comminū.⁹ Quinto Jdus Decembris Anno salutis nostre sesquimilles.mo decimo quarto.

Jmpressum Lugduni. Anno domini. M.ccccc.xxxvi.

¶ Regestum.

A b c d e f g h i k l m. Omnes sunt quaterni preter m qui est quinternus.